




Scholae Christianae epigrammatum libri duo ex varijs Christianis poëtis decerpti, in usum adolescentulorum.

<https://hdl.handle.net/1874/420917>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

X. oct.

199








1
2
3
4

Autem in die prius quam agmina audierat
signum quiaque peribat ipsius ne plena
caelum diffundens regnum in eorum patrum.
Ecce enim quod nunc ut apuer signum est ut sit
propter ut bellat pessima in praeceptu illorum est
ut quod sit in pessima signum quatuor pessima.

Constitutus est distans signum ad inter
ea que erunt in me redditum in min
imo opere pessimi quod ut dico; quodcumque in id ipsum
distans. **P**ro uno signo in quo quodcumque in id
ut non incidat in labia pessime et quod cum

Litterae Latinae

Octavo n°. 199.



190

N 46-A.

SCHOLAE
CHRISTIANAE
EPIGRAMMATVM LIBRI DVO,
ex uarijs Christianis poëtis
decerpti, in usum adoles-
scentulorum.

CHRISTVS,
Discite me primum pueri, atq; effingite puris
Moribus, inde pias addite literulas.



ex dono Buchely

BASILE AE
M. D. XXXIX.



A V T O R E S E X Q V I B V S
hac epigramma desumpta.

D. Erasmus Roterodamus.

Thoma Morus.

Andreas Alciatus.

Faustus Andrelinus.

Platinus Platus.

Petrus Flores Hispanus.

Iacobus Montanus.

Pictorius.

Benedictus Iouius.

Laurentius Lippius.

Nicolaus Borbonius.

Ludouicus Biges.

Ianus Cornarius.

Othomarus Luscinius.

Lilius.

Buslidius, &c.

TYPOGRAPHVS LECTORI. 9

Btulit quidam vir exactius
dicens, hos duos Epigram-
matum libros, ut praeolo, quod
institui a nouo, charactere pulchro
exciperem, iurias persancte, nihil uti-
lius, iucundius & perfectius pueris,
tam in scholis publicis, quam in pri-
uatis edibus pponi & praelegi posse.
Euolui cum ocium erat a typogra-
phicis negotijs unam aut alteram pa-
ginam, & id quod iam olim desidera-
bam, repperi magna cum laetitia, nem-
pe ex Christianis poetis ad uitę Chri-
stianae institutionem picturam ele-
gantissimam. Sensi hominis diligen-
tiam, & intellexi quo consilio id labo-
ris suscepisset. Optimo nemo dubi-
tat. Christianus enim nihil nisi Chri-
stianum, & praecipue aetati tenerae ab
incunabulis tradendum, cum doctrina
semel imbibita tenacissime inhæreat.
Et stultissimum est ad imitandum non
ea quae utilissima sunt proponere.
Quid enim opus gentiliū Poëtarum
scriptis (de obscenis & turpibus lo-

4 AD LECTOREM

quorū cūm apud Christianos multo
doctiorē, uenustiorāque habeas, in
quibus & Christi doctrinā haurire,
& uitæ honestatē discere examissim
liceat. Habes, crede mihi, hijs in li-
bris pias ad Christum preces, laudes
natiuitatis, resurrectionis, & ascen-
sionis Christi, de otio uitādo, de adu-
latoribus, hypocritis, curiosis homi-
nibus, de cruce nonnulla &c. Sed
quid opus est uerbis in re manifesta,
si emeris & legeris, certus sum insti-
tutū illud nō solū tibi probari, & am-
babus ulnis amplecti, sed etiā cōfido
alios te instigaturū, ut similia Chri-
stianis scholis, aut in lucem edāt, aut
si tali facultate careant, saltem inno-
cuis pueris, quibus Christus manus
imposuit, quosq; benedixit, ea propo-
nāt, quæ sancta, quæ pia, quæ Chri-
stianæ sunt, ne adeo miserè obsecōnis
dictis & scriptis anima innocua com-
maculetur. Vale candide lector, &
meam operam ære tuo compensa.
Basileæ 1539. Mense Martio.

SCHOLAE CHRI-

STIANAE LIBER PRIMVS EPI-

grammatum ex doctissimis poëtarū

monumentis excerptus.

Laudes Deo patri. Salm.



It nomen Domini Dei beatum

P er uoluentia secla seculorum:

H ic terram ex nihilo, polumq; fecit,

E t spissum leuis aëris uaporem,

Et lati maris æstuosa regna.

Q uis laudem huic darc gloriariq; tanto

C astis artifici neget Camoenis,

Q ui tam mirifice, fabreq; celsum

M ulto sydere luminauit axem;

S olem, præsit ut aureus diei,

L unam noctibus et creauit atris:

I usit pennigero gregi uolari

A uras, et quora piscibus natari;

O rnauit sola qui colore rerum,

F oecundans segetum uirore lato,

H erbarum simul, arborumq; luxu,

N e non fontibus, annibus, scatbris,

F uso cœlitus imbuitq; rore?

D istinxit quoq; plana qui iugosis,

V alles collibus addidit supinis,

C oncinnans positu percleganti,

A c quadrantibus admodum figuris
 T ractus, & spatio ampliora terræ?
 Q uam terram uoluit creator idem
 A ltricem esse hominum, atq; bestiarum,
 Q uæ uires metuant potentiorum,
 I psis Adamidis, & obsequantur.
 N imirum dedit hanc bonus colendam
 H umano generi, iubens ut esset
 S ancti homo memor usq; conditoris,
 E rectusq; polum uideret altum
 I llo lumina uerteretq; gratus,
 V nde diuicias suas haberet,
 E x quo, si bene uiucret, rediret
 A dorans animo pio parentem.
 T ante ergo memores benignitatis
 D ulci illi numero litenms omnes
 L audum perpetui panegyriste,
 P uro pectore dulciter canentes,
 S it nomen Domini Dei beatum
 P er uoluentia scela seculorum

Ad Deum. Opt. Max. Borb.

R erum magne pater, ter deus unicus,
 A eterno moderatus imperio, suis
 Quicquid tota capit machina finibus

Exaudi deus optimie

A d te perfugimus carmine supplici,
 E t uotum numeros offerimus pares,

Appennare

STIANA, LIB. I.

A spernare minus uota precantum,

Depromptas animo preces.

P ecctati nimio pondere laedimur,

I actamur tumido præcipites freto,

H is nos exonera sordibus impios,

Dulcem mitte Fauonium.

D urus semifero Petrus ab æquore,

E t Paulus fidei buccina personans.

S urgunt incolumes, fœnora deserit

Matthæus domini sequens.

P eccatrix mulier soluitur improbis

S eptem dæmonijs, in cruce proprium

A gnoscit dominum munere spiritus

Præsentis moriens Latro.

E t nobis placide munera gratiæ

E largire pater, nec sine perditam

D amnari sobolem, ne Stygios lacus

Humanum subeat genus.

Quod mors illa tui commoda filij

I llatumq; noua supplicium cruce

P rostrato rabidi lumine tartari

Vmbris abstulit horridis.

C H R I S T I poena tui ne sit inutilis,

N e fluxus maneat sanguis irritus,

S ed nos astriferum sanclus ad æthera

Recto tramite dirigat.

Ad deum patrem. Salm.

Nos per psalmographum, Deus, docemur,
Si quando crucient acerba mentem,
Pressuræq; graues, molestiæq;
Quas afferre solet caduca uita,
Inuidant caput undecunq; nostrum,
Ad te ut illico uentitemus ipsi,
Nomen solliciti tuum uocemus,
Rebusq; auxilium precemur ægris.
Tum solatia defutura nunquam,
Venturum miseris leuamen abs te,
 Et diuinitus obuium fauorem.
Hac spe, sancte Deus, parensq; rerum,
Huius conditor uniuersitatis,
Fretus, tum monitis pijs prophetæ
Ad te configio, ac peto mearum
Affusus requiem molestiarum.
Quæ tanto agmine in irruunt labentem,
Et me mole premunt sua gementem,
Vitalis mihi ut ista uita non sit,
Ex hoc discipiām, & migrare seculo.
Nam erumnis didici haud timere mortem,
Quocirca, ô miserator alme, supplex
 Abs te uno opperior leuationem
Curarum grauium, tumultuumq;
Qui mentem assidue anxiam fatigant.
Da quod deprecor, ô pater supreme,

P er te ut moestitia leuatus omni,
 L audes rite memor tuas frequentem
 His nostris lyricis, agamq; grates
 A utori mihi redditæ quietis,
 E t te carmine prædicem perenni.
 O ptati auxiliij, Dcus, datorem

Ad Deum, Opt. Max. Borb.

A D te configlio supplex rex maxime regum,
 I gnea quo solo tcla iubente cadunt.
 Q ui deus omnipotens es, maximus, optimus, unus.
 C uius & hoc mundi dextra gubernat opus.
 S olus inaccessi rutilans in culmine cœli,
 F luctuagis radias stella serena uiris,
 T u solus dubios per cœca pericula cursus
 D irigis, & fractis nauibus unus ades.
 I n medio quisquis fuerit pessundatus alto,
 S i tua suspiciat numina, saluus erit.
 S aluus erit, gaudes etenim præstare fauorem
 S emper in humanum mitior aura genus.
 F er pater auxilium, & sortis miserere subactæ:
 Q uicquid & à stygio traximus amie, laua.
 D a nobis animos puros, da pectora munda,
 V incere da quot amant mundus, & ægra caro.
 D a stygij uarias superare satellitis artes.
 D a flagrare pio semper amore tui,
 E xaudi pater alme, iterumq; iterumq; precamur,
 P er Christi & nati flagra, crucemq; tui.

Ad Deum Maximum Op-
timum. Plat.

OMnipotens qui corda ducū ceu cuncta gubernas.
Vna eademq; patris natiq; æterna potestas.
Respice me, per ego te supplex uiscera matris
Impolluta tue, materna per ubera, perq;
Vulnera quina precor tua, per crudele piaculum
Perq; tuum in lucem redditum mirabile uisu,
Diui nosq; tuos coeli ad conuexa uolatus
Finem aliquē celeremq; malis pater op̄ime nostris.
Da, merui grauiora ualent, mortalibus illis
Si qua dari grauiora ualent, obnoxius ad te
Configio, numenq; tuum exorable posco
Iuditio ne me fistas, in iure cadendum
Est mihi, sit uenire tantum locus, utere queso
Hac æterne parens, tua si clementia cesset,
Quis te ferre queat, misereri, ignoscere, culpas
Est abolere tuum genitor, non obruiis orbem,
Scruatamq; tuo pretioso sanguine gentem
Non perimis, quanquam sunt omnia plena, reorum
Ergo ades, atq; tuam pietatem funde super me,
Concessamq; mihi pro te nulliq; negatam,
Viuendum generi tot iam labentibus amis
Da libertatem, quam dux mihi quintus ademit
Insubrium saeuo me pridem carcere torquens.

Ad

STIANA LIB. I.

ii

Ad deum in gravi afflictione. Salm.

Primulum qui me, Deus ô, creasti,

M embræ compingens genitricis aluo,

A tq; sœcundæ nioeo educasti.

Lacte pupillæ.

Qui (quod est longe magis æstimandum)

M e recens ortum typico lauaci

F onte purgasti, fidei q; sancta

Luce nouasti.

P ecclora affligat mea quantus angor,

Quoq; curarum male uoluar æstu

A spicis, quanta cruciatuumq;

Mole laborem.

H isce uix possum superesse poenis,

N i fatigatum reluuare pergas,

A tq; opem mittas celerem corusco

Lenis ab axe.

I ntegram quod s̄c̄m possuisset in te

P ost graues plagas patiens Iobus,

A malo tandem meruit leuari

Cœlitus omni.

N os id effusis lachrymis precamur,

O pater rerum bone, sancte, clemens:

I am uel optato(tibi si uidetur)

Funere mergi.

Deus. Borbo.

V Nus qui Deus est, hunc unum credimus esse

Q uo sine, quæ fiunt. sunt ea facta nihil.

Ad

Ad Deum. Borb.

O Pater ô hominum Deus, & spes una, salusq;
Quo sine qua fuist, sunt ea facta nihil:
Qui regis humanae tenuissima linteum nauis,
 Et pressam uentis undiuagamq; rateim:
Seuus ad infernas nos attrahit Auster abyssos.
O Deus incertæ dirige puppis iter.

Ad omnipotentem Deum. Plan.

Vo nostri gemitus usq; dolor meus.
Quem finem statues innumeris malis,
Vis supreme pater me in tenebris mori.
Tu concessa uagis & quora piscibus
Mox sulcata uiris, tantus amor lucri,
Ad prædonis opus, uotaq; temperas.
Illum seminecem fluctibus erigis
Indignante Noto cum reliquis tribus
Mercatoris iter per iuga montium
Vix signata cogis, cumq; pecunijs
Partis incolumem reddis eum domi.
Nemo tam reus est perpetuae necis,
Cui non aduenias, te modo clamitet.
Vni tanta mihi gratia clauditur,
Qui nullum inuenio carceris exitum,
Noctes atq; dies te pater inuocans:
Si te nulla mouent cum prece feruida,
Que plenæ fidei uota pie damus.
At matris misera cordolium meæ

Quæ sc

STIANA, LIB. I.

12

Quæ se horis cruciat flebilis omnibus,
 Et germana tuo dedita numini
 Seruat uirgineum quæ tibi lilyum
 Haec pro me aſſiduis te precibus rogat
 Totius lachrymæ te moueant domus,
 Quæ ſpes in puerò tot quaeritur ſuas,
 Fatis innumeris funditus eiſicit,
 Si quam par fuerat liberius loquor,
 Da rex omnigenum da ueniam precor
 Verbis improbulis, me minimus dolor
 Defleuiſſe potis quodq; caput potens
 Dudum ex uaniloquo sacrilegum facit
 Si duri pateat ianua carceris
 Nemo te Platino feruidius colet.

Omnia diuina prouidentia recte regi,

Ad Seuerum. Biges.

Nocte micant ſtellæ, dubiam Tithonia lucem
 Lucebit: et certum clarus Apollo diem:
 Nunc toto, nunc dimidio micat orbe: minus ue
 Plus ue: nec interdum Cynthia lumen habet.
 Terra immota ſua ui pendet: et astra notantur:
 Et mare per certas it remeatq; uices.
 Nec modicæ ex parua fruges ſemente leguntur.
 Haec melius linum fert ſcges, ille fabas.
 Perorumpunt quandoq; iugis incendia fractis:
 Hiberno frondes tempora laurus habet,
 Indurat glebas, cogitq; liquefcere ceram.

Ignis

Ignis: & elisa fulgura cote micant.
 Quid pluuias lucente graues hyperione dicam?
 Magna quid è riuo flumina nata breui?
 Hæc ruit: illa nouo se profert insula dorso.
 Nascitur hoc animal, crescit id, illud obit,
 Falleris hæc fieri si casu & cætera credis,
 Cum causas habeant orta Seuere suas.
 Quis nitidos uestit squammoso tegmine pisces?
 Quis gemino alarum remige munit aues?
 An fortasse graues sunt nullo autore lapilli?
 At tq; calor flammis insitus, humor aquis?
 Si casu hæc ueniant: cur nunq; est squammeus alest?
 Nec uerso plumas ordine pisces habet?
 Cur aqua nil siccatur: nihil bune statut ab igni?
 Ardua cur nullus tendit in astra lapis?
 Semper ubi immoto procedunt cuncta tenore:
 Nullam ibi uim uarius casus habere potest.
 Quicquid agit tantillum animal formica, superne est
 Legis: & à summo causa tonante uenit.
 Si qui cadunt homini uel læta uel aspera, noli
 Iuditio magni non tribuisse Dei.
 Nec moucant te, multa bonos quia sepius angant,
 Quodq; mali ualeant, delitq; fluent.
 Quos astutus amat genitor, tenet arctius: & quos
 Oderit hos libito uiuere more finit.
 Sic salices, quia sunt steriles, nulla educat arte
 Rusticus, ast omni sedulitate pyros.

Vidi

STIANA, LIB. I.

13

Vidi ego correctos nulli uim ferre leones,

Non castigatos sepe ferire canes.

Iuditium explorare Dei dementia summa est;

Maior, ab hoc recte cuncta negasse regi.

In laudem Dei Opt. Max. Ode. Borb.

Christus humani generis misertus,

Perditum tandem reparauit orbem.

Et sua nostras uenientia fugauit

Luce tenebras.

Non uidet nemo quibus in salebris

Vsq; uersati sumus & uagati,

Tamdiu fungi suimus, nihilq;

Egimus omnes.

Antehac cæci, ducibusq; cæcis

Viximus: duri tamen & superbi,

Numinis læsi magis ut magisq;

Cruceret ira.

Nil tenebamus nisi syllogismos

A rte contortos, uariosq; nodos,

Frigidas nugas, mera uerba, fumos,

Stercora, floccos.

Vulgus indoctum, stolidi sophiste,

Barbari, crassi, scioli, loquaces,

Milites Orci, Pelagusq; plane

Flagitorum

Tanta nullius memoratur cui

Seruitus, quanta sumus usq; pressi,

Hoc malum

Hoc mali inuexit lupa purpurata,
Lerna malorum.

Totius reges proceresq; mundi
Subditos fecit sibi, poculoq;
Stravit erroris, triplici refulgens
Hydra tiara.

Inde doctrinis hominum subortis,
Languit uerus perijeq; cultus,
Literæ sacre quasi consepulta
Obticerunt.

Impij passim populum nocabant
Viculis legum, decimis, tributis,
Gen rapax, uecors, & amica uentris,
Perdita luxu.

Veritas ferro, rapidisq; flammis
Comprimebatur, fideiq; sermo:
Inter & se grauiter gerebant
Bella monarchæ.

Xaeis stabant simulachra templis,
Sacra diis falsis, & item deabus:
Vnde diuersis uarijsq; sectis
Cuncta fremebant.

In statis ponit pietas diebus,
In cibis certis, preculisq; copta est:
Nuptijs mire uetitis libido
Foeda reuixit.

Ista iam uero cecidere monstræ,

B. mot.

Et modis uirtus redit illa miris
Illa, qua Christum dominum deumq;
Credimus unum.

Artium paſſim studijs bonarum
Iam ſenes iuxta iuuenesq; flagrant,
Atq; linguarum, uenit hoc ab alto
Lumen olympo.

Seculum nunquam celebretur ullum
Faſtius tali, meliusq; noſtro,
Sermo pennate ſacer ille currit
More ſagittæ.

Suit adhuc quidam tamen inquinati,
Ebrij mundo, uigilesq; laruae,
Qui ſuis lucris metuant, necantq;

V era locutos.

Hoc nihil mirum, fore nempe Christus
Sæpe predixit Deus ipſe uatum
Hærefes, lites, odiumq; ueri,
Et crucis hostes.

Noster hic ô quam procul eſt ab illis
Ante FRANCISCVS bene natus omnes:
Rege quo ſenſim rediere terris

O mnia leta.

Publicè doctos alit allicitq;
Et ſcholam primus statuit trilinguem,
Quo nihil certe, nihil iuſtituto

P ulchrius extat.

28 SCHOLAE CHRI

Hunc Dei donum ueneremur omnes,

Tam pium regem precibus iuuemus,

Vt diu regnet, sub eoq; felix

Gallia uiuat.

Latus deo patri, dominoq; CHRISTO,

Spiritu cuius bona cuncta fuit,

A dicitis nobis, fidei q; robur

Augeat & spem.

Ode Dicolas, Distrophos, Altero uersu Heroico^{He}
xametro. Altero Iambico Dimestro. De casa natali
tia pueri Iesu, de q; paupere puerperio
uirginis deiparae Mariz. Eras.

E Cquid adhuc ueterū sequamur spectacula rerum.
Huc huc frequentes currite.

H ec casa, quæ lacera & stat agrestibus horrida cul
Nouum dabit spectaculum. (mis)

Q uale nihil seclis proui uidere uetus tis,
Nihil uidebunt posteri

H ic cuius tonitru tellusq; tremiscit & æther,
Teneris crepat uagitus.

H ic orbis magni moderator maximus infans
V irginea mulget ubera.

H is ego non stabulis augusta palatia ROMÆ
Feliciora iudicem.

N on (operosa licet) Solomonia templa, nec auream
Lydi tyranii regiam

S alue clara domus, cœloq; beatior ipso
P artus sacrati conscientia.

more

Iure tibi Iouis inuidet Capitolia falsi,
Diuis superba saxeis.

Aegipitus sancta inuidat cunabula monstros
Finem datura turpibus.

Nec minus apta deo es, quod hiantibus undiq; rimis
Imbres & Euros accipis.

Quod lodicis egens, rigidoq; incommoda foeno
Fœtus rubentes excipis

Talia nascentē decucre cubilia CHRISTVM, ut
Qui dedocere uenerit

Fastum, nullaq; non suadentem turpia luxum,
Non hic renident purpure,

Sertæ ue frondea, non imitantes fulmina tædeæ,
Non mensa sumptuosior,

Nec strepit offitijs domus ambitiosa, nec alti.
Fouent puerperam thori.

Pannosus iacet in duris præsepibus infans,
Diuinus attamen uigor

Emicat, & patrios uagitu dissipuit ignes,
Senfere presentem deum,

(Quodq; licet) pueru iumenta tepentibus auris
Frigus decembre temperant.

Vpilio calamis iisdem, quibus ante capellis,
A greste, sed pium canit.

Aethereiq; chori uolitant cunabula circum,
Vt mensibus uernis, apum

Degenerem simul ac populare examina regem.
Regi novo, fauentibus.

Aplaudant alis, sublimemq; agmine tollunt.
Sic turma cœlitum duci.

Circumfusa suo, gaudens stupet, atq; iacentem
Pronis adorat uultibus,

Et natalitum sonat ad præsepia carmen.
Coniunx pudicus interim,

Fusus humi trepidus ueneratur alumnum.
Porro puella nobilis.

Pars bona spectacli, ne fixis hæret ocellis,
Primumq; sese non capit.

Sedq; suumq; stupens genitrix uirguncula partum
Nulli marito debitum.

At simul eiecit pietas materna stuporem,
Prædulce pignus corripit,

Ac modo porrectis prohibet uagire papillis,
Modo tepente frigidum

Blanda fouet gremio, paruisq; dat oscula labris.
Nunc pectori adprimit suo,

Nunc bleso teneros inuitat murmure somnos,
Amabilem inuicem modo.

Latam prole deo uideas gestire parentem
Prolem parente uirgine.

STIANAE, LIB. I.

xx

De aduentu ac incarnatione Iesu
Chri. Ode Dicolas. Mont.

Totis exul homo uiribus exili
Et castis animos imbue gaudijs,
Affert clarus opes nuncius arduas
E cœli penetralibus.

Nil hoc orbis habet munere lœtius
Nil audit melius, nil uidet auctius
Quo postliminij iure uelut rato
Intercepta redit solus

Nostris ecce deus finibus aduenit
Pro uro sacrifici tegmine corporis
Velatus, nec herum sed facilem patrem

Sed præstare animis parat.

Quem nec terra capit, nec marc, nec polus
Semet uirgineis ille recessibus
Caudens casta nouem limina mensibus

Seruat more boni hospitis.

Incrementsa glabris uiuida corporis
Sumit, precipuo sanguine pascitur.
Et formosa diu sustinet affici,

Cæcis ora uaporibus.

Immensus spatio contrahitur breui,
Tempus quiq; creat tempore clauditur,
Cerni quiq; nequit conspicuo male

Carnis lumine uisitetur.

Rex tantus uoluit ponere purpuram

SCHOLAE CHRI

A c seruile iugum sceptriger aggredi,

Q uin congesta reis uerbera seruulis

T ergo supplice perpeti.

V nam ut querat ouem pastor amabilis

N onaginta nouem per iuga montium

L inquit, nec refugit grato oneri deus,

A rmos subdere regios.

Q ui collapsa graui moenia turbine

V rbis perpetua restituat, uenit

C essurus refuge ciuica seruilo

F irmis munera legibus.

O nostri generis maxima dignitas

Q ua toti superum iungimur ordinis

E seruisq; malis reddimur incliti

S umpto pignore filij.

Q uem uatum lachrimae, munera flaminum

M agnatumq; chorus peruigil omnium

O ptauere uenit, fine probablli.

C lausurus ueterem uiam.

E niam rore madent largifluo poli

I usti insigne decus nubis opes crient,

E t sotera ferax terra piissimum

M iro germinat ordine.

Q ui legis grauidæ Iudaico agmini

P ancheo tulerat uertice regulam,

E t spumosa maris terga diremerat,

A d nos munificus uenit.

Qui

STIANAE, LIB. I.

2

Qui frenare famem frugibus optimis
Et defecta queat pignora mempheos
Vi castæ Cereris tollere peruigil
Gnaro pectore dux uenit.

Qui clausis foribus quas oriens uidet
Intrat templi adytum sessile mystici,
Quod summo licuit non nisi principi
En plebi uenit exuli.

Salue digna parens laudibus omnium,
Quos uel terra gerit, uel retinet polus,
Quam tanto locuples hospite gratia

Perfundit, sacrat, euhit.

Ex te uera salus debilibus uenit,
Proscriptis reditus, uitaeq; mortuis
Et clausis refugæ carcere spiritus

Libertas datur aurea.

Per te fons iterum gratiae inobrute
Primæue sobolis, quem scelus improbum
Siccarat nimium flamine noxio,

Larga defluit imbrice.

In te ius initum foederis est rati,
Quo nil mundus inops audijt altius,
Et sceptro renitet pax mera pristinum

Regni nacta decus sui.

Sub te pestiferum deprimitur caput
Anguis tænarij, collaq; candidis
Arctantur pedibus, ne furor intimus

E nisi quod auet queat.

Do te digna Dei nomine ciuitas,
Certant scripta atrum pangere plurima,
Nec preclara tamen uirgineæ satis

V itæ munera prædicant.

Ad te Christigenum tenditur omrium
 Feruor, uita, salus, spes, amor & fides.
Qui miro studio quicquid habent boni

Acceptum referunt tibi.

Ouenter spacijs latior omnibus,
Qui quem nulla capit portio plasmatis,
Admittis, refoues, & paris integris
 Mundæ carnis honoribus.

Hic natura suis exul ab artibus.

Tam præcelsa Dei numina non capit
Hic trux tartarei confilium ducis

A stu fallitur ultimo.

Hinc diues rutilæ uis fidei emicat,
Cui phas mira alacri facta Dei sinu
Complecti, & ualidis nisibus ingredi

D iuûm conciliabula.

Hinc Cœlestis amor mirificam facem
 Augmentumq; sacro somite contrahit
Hinc spes fracta prius uiribus inditis

S eze ad sydera subrigit.

Hinc uirtutum oritur fons sacer omnium,
Et uite specimen fertilis aureum

S anctorum eximios Christigenum choros

P reclaris decorat modis.

L ux ergo solymis edita gentibus,

S ummus rerum opifex iu lare paupere,

A tq; intra modicæ mœnia Bethleem

O rbi quadrifido micat.

Qui telluris opes ætheris & maris

P ugnو claudit herus, fasciolis cubat

V inctus, cui bouis est mensa torcumatum

F oenum plumeolus torus,

P anni sunt trabeæ, purpura, murices.

S tramen diuitiae, putor aromata,

A ula ædes stabuli, virgo quoq; & pater

R egis turba domestica.

S ceptrum est forma hominis, uerticis & decus.

V agitus cytharae, gaudia lachrymæ,

L ac uictus, teneri corporis unguina,

L ymphæ balnæ virginis.

N ox, ætas & hyems cui bene seruiunt,

I s noctu atq; hyemis tempore nascitur,

V t mundi reprobet gaudia perditi,

E t uitam tetricam probet.

N on se tanta salus principibus uiris

Quos mollis placido pluma fouet situ,

S ed pastorum aperit turbæ inopi, terit

Quos fors dura laboribus,

P angunt angelici carmina spiritus,

Laus præcelsa Deo, pax homini datur,

Diuum luce noua nox fugit æmula

Solans uox abigit metum.

Toti orbi ingeritur letitiæ uigor,

Et mœroris onus pellitur intimi,

Cum soter canitur maximus omnium

Sorti ingratæ hominum datus?

Ad cunas pretio diuite prægraues

Pastores properant eximia fide,

Atq; illum aspiciunt, cernere quem salutis

Et uita est placidiſima.

Tanta fama rei per solymas tribus

Pastorumq; casas fit celeberrima,

Cūctorū immodicus corda mouet stupor,

Laus summo canitur patri.

Condit uirgineo singula pectore

Auctor mirifici germinis inclyta

Gesta & dicta, quibus magnificum exuli

Thesaurum paret ordini.

Hoc thesauro opus est astra uolentibus

Victorum ingenuo more supergredi

Celsam replet ubi maxima uiuido

Vrbem lumine trinitas.

Ode Dicolas, Tetrastrophos: de Christi nativitate, & eius actis. Borbon.

CVM dolo primi stygio parentes

Mortis in casses miseri ruisserint,

Non duo

Non duo soli cecidere: totus
Concidit orbis.

Tum sera clausum triplici supernas

Limen ad sedes aditum negavit,
Impij tristes acherontis umbrae

Cuncta uorabant.

Intrimos manes, tenebrasq; uastas,

Horridas tetri latebras auerni,

Multa de uitæ gremio recedens

Turba subibat.

Tum iugum legis subiit minacis,

Hinc timor mentes odiumq; legis

Cepit humanas, magis hinc magisq;

Noxia creuit.

Fleuit humanum genus, obstupente

Matre natura, ueniamq; facti

Protinus magnum querula tonantem

Voce poposcit.

Ipse de summa pater arce moesti

Audiit iugem populi querelam,

Et suos, et quos uoluit catenis

Ditis ademit.

Filium Christum miserans quietas

Misit in terras, uterum pudicæ

Qui puer nono grauidum parentis

Mense reliquit.

Is ducis legem ueteris secundum

S axeo fudit gladio cruentum,

P ostea uiuo docuit fideles

F onte renasci.

Qui quaterdenis Cererem diebus,

N ec tuos Euan latices recepit,

M ox & impurum satanam ligatum

Trusit in imum.

L umen æternæ fidei coruscum

E xplicans, Orci patefecit artes,

Quoq; nos olim uetus ille serpens

L userit astu.

M ortuis uitam, propriumq; cæcis

R eddedit uisum, genus omne morbos

A tq; languores, furiasq; multis

E xpulit ægris.

I nde Iudeæ furiosus error

P erfide gentis, sibi que uidendo

A nte promissam male sana lucem

F erre nequiuit.

I nnocens Christus trahitur, flagrisq;

C æditur, parvo mage mitis agno:

T alis hæc nobis reseruauit altum

Victimæ cœlum.

H ic salus nostræ pretiosa uitæ,

H ic sua cunctos anima redemit,

H ic in æternam, dedit, ut queamus

S candere lucem.

Ergo cui

Ergo cui laudes potius canamus,
 Quam tibi nostro pie Christe regis,
 Te decent hymni, tibi debet omnem
 Mundus honorem.

Ad Deum tempore procel-
 loso. Salm.

Instanti prece te nimbi potens pater
 Obscuramus, ut rauca tonitrua,
 Fulgetrasque micantes
 Sedes aere turbido.

Hec si confierent tempore debito,
 Terrorum incuterent attonitis minus:
 Sed dura instat hyems, et
 Iam Brumae rigor appetit.
 Iratam cohibe, summe deus, manum,
 Nec nos pro meritis plecite piaculis,
 At placabilis audi,
 Quos questus tibi fundimus.

Et si non redeat grata serenitas,
 Iucundusque nitor luminis aurei,
 Propter tempus iniquum,
 Anni et frigida sydera:
 Alterum composito turbine nubium,
 Tempestas placido mitior aere
 Mollescat, neque mentes
 Humanas quatiat pauor.

De civi

De circuncisione ac impositione nomini
minis Iesu. Mont.

Vulget octaua mera lux diei
Filio puer diuīs roseum cruentem
Carne præcisa mariti pudoris
Fudit abunde.

Gaudeat totus sine fine mundus,

Cuius aeternam deus ob salutem.

Teuctus humana specie madere

Sanguine amavit.

Qui caret nevo subit expiamen,

Et ratus sentit uigor archiatri

Vulneris curam, licet omnis expers

Vulneris esset.

Læsa uagitum caro promit acrem,

Nec gene possunt lachrymas tenere,

Dum quatit crebro gemitus uerendum

Verbere pectus

Sanguis humanæ precium salutis

Quo nihil totum melius per orbem

Hac die primum datur affluentis

Munere nobis

Abluit tantus rea corda fletus

Labe depulsa gemina mephitis,

Et cruentu diuurna mundi

Vincola soluit.

Nomen è cœlis oriens Iesus

Maxima

M axima paruo ratione regi

I nditur, soter quia erat redempta

P icte futurus.

H oc inaudita est ope nomen usq;

L uce miranda celebriq; fama

C uius immensum decus haut sat illa

C armina dicent.

N omen hoc uitæ nece reddit atros,

P romouet claudos, oculis tenebras

D emit, et tabo uiciata lepræ

C orpora sanat.

N omen hoc clausis iter expeditum

A uribus confert, mala uincla lingue

S oluit, et crudæ metuenda febris

C aumata pellit.

N omen hoc curuos regit, arefactis

A rtibus promptum tribuit uigorem,

E t lacertosò spoliata motu

M embræ reformat.

N omen hydropis fugat hoc tumorem

S piritus arcet refugos, et omne

V i sua morbi genus à misella

C arne repellit.

N omen hoc uires animo refundit,

C um grauis mentem citat hora pugne,

E t cauernosus truculenta Pluto

S picula torquet.

Nomen

Nomen hoc confert ueniam scelestis,
Gaudium iustis, patriam fugatis,
Naufragis portum, pugiliq; amico
Robur opertum.

Hoc nouis nomen replet ora linguis,
D ipsadum uiuax superat uenenum,
Et famem dicto citius rotundit,
Vimq; ferarum.

Nomen hoc imbres ciet, arua foetat
Obili uites grauidat liquore,
Emperat coelum, & reprimit tremendas.

Acquoris iras.

Id loco nomen mouet arduarum
Rupium moles, mare prestat iri,
Amnium cursus cohabet uagq;

Imperat auræ

Nomen hoc, haustum bene prouenire,
Efficit uirus, rapidis furorem
Ignibus tollit, subitisq; uertit

Marmoræ gemmis.

Hæc preces nomen leuat, auget altas
Gratiæ dotes, rata pacis affert
Dona, mel profert animo, & rotundo
Dat faciem amori.

Nomen hoc uires olci salubris
Continet, mundum quibus uniuersum
Uilitu sanct placido, & dolorem

Mitiget

M itiget omnem.

N omen hoc castum melos indit auri
G ustui nectar, uiduis aroma
N aribus, puroq; canora adauget
I ubila cordi.

N omen hoc Paulus Syriæq; præsul
V rbis ignitus, quam audis tulere
C ordibus, testis remanet beatæ
Gloria mortis.

N omen hoc omniem sibi promeretur
P oplitem fleti, caput omne iusto
M ore summitti, manuumq; adiri
S uplice gestu

N omen hoc solum dare sempiternam
P ræualct uitam, & rata ciuitatis
I ura supreme, ut cecinisse fertur
C lauiger heros.

L aus sit æternæ mera trinitati,
Q uæ suam tanti facit usq; plebem
N omine ut dio fuget omne leuum
D et bona cuncta.

In Epiphaniæ diem, atq; iu uenerabilium Magorum laudem, Ode tricolos, Elij.

P Lebi renatæ festus adest dies
S ummi coruscus lumine principis
V is unde diues gaudiorum
S pesq; uenit noua perduto orbi.

I llustre sydus peruigiles Magos
 C unctorum heriles Christigenum duces
 P ræsepe uestigare Christi
 M unere perdocuit triformi.

B is senex dierum iam puer optimus
 E xplexat orbem, suxerat ubera
 I am sepe matris, & profusis
 S æpc genas lachrymis rigarat.

T um qua resurgit Sol uagus inclytam
 H eroes urbem mira adeunt fide,
 V bi sit rogant recenter ortus,
 Q ui diadema gerat uerendum:

D elapsa sese sydereæ fucis
 V idisse dicunt munera coelitus,
 Q ue regis aduentum supremi
 V aticinis radijs loquantur.

F rontem tyrannus contrahit efferam
 A dtam beati gaudia nuncij,
 E t plebs pari langue: dolore,
 D um procerum coeat caterua-

M ox per prophetæ multiforem turbam
 N atale Christi promittur oppidum
 M onstrant iter notum salutis
 N octe duces stygia sepulti.

P recelsa linquunt moenia tum Magi,
 E t regis ægri spurca palatia
 S tellæq; ductu præmeantis

Rura petunt sacra Bethlehem.

Amplo Magorum pectora gaudio
Viso resultant sydere, nec capit
Vis mentium dei calorem,
Qui pia uota regebat intus.

A edes subintrant stella ubi praesidet,
F lexisq; adorant poplitibus decum
P ræsepis aut foeno cubantem
V irginis, aut gremio recluem.

E x inreclusis dona crumenulis
T bus, myrrha & aurum comiter offerunt,
R ebusq; diuersis loquuntur,
Quo fidei ualent uigore.

A uro fatentur regis opes rati,
E thure promunt flaminis insulas
M ortisq; legi destinatum:
M yrrhea per sacra rite signant.

O laudi dignos hubere principes,
Quos pressa rerum nil facies mouet
R obusta quo minus potenter
C orda fide tucantur ampla.

S ic Christianam firma domus fidem
C ui petra fundum dat residem decet,
Q uam nec nothi furor citatus
F lumina nec moueant adacta.

N octe insecura sunt monitu angeli
V itare iussi regna feri ducis,

Crudele qui nefas uerendi
In iugulum pueri parabat
Sic fraus latronis luditur impij,
Reges reuersi sic alia via,
Docent quid agere sit salubre,
Quos tenet exilium misellis,

Nortem uoluptas attulit ebris,
Vitam laboris sobria ius parit,
Illuc superbi habent ruinam,
Hic humiles animi resurgent.

Ergo medullis pectoris omnibus
Lumen sequamur pensile cœlitus
Radios enim fundit perennes,
Atq; uiam reserat salutis.

Sit sempiterno maxima laus patri,
Qui luce tanta christigenum gregem
Dignatur, allicitq; sursum
Omnia fons ubi lucis implet.

De stella cuæ magis apparuit
 Salm.

Vis quantumlibet impius furensq;
Quem te neget esse Christe Regum?
Cui soli imperium, decus, potestas,
Soli gloria debeatur omnis?
Diuino tener ore uagiebas
In præsepibus, innubæq; matris
Sugebas niueum puer liquorem,

Paucis

Paucis cognitus, omniumq; cenus,
 Sat notus tamen, omniumq; abundans,
 Cum sudo emicuit repente coelo
 Sydus, lumine splendidum sereno,
 Quo Magi duce (sic deus monebat)
 Eoi patria procul relictæ, in
 Iudeam properant, recensq; natum,
 Squalientem & tuguri locum requirunt,
 Vt te muneribus suis honorent,
 Regem significant & esse Regum
 Auro, thure, Arabeq; odore Myrræ.
 Illorum hæc tria nam fuere dona,
 Quæ te regem, hominem, deumq; monstrant.
 Post stellæ iubar aureum coruscæ,
 Hæc post munera, Cœlitumq; uoces
 Auditas liquida canentum in æthra,
 Elusos Solymi dolos tyranni,
 Quis quantumlibet impius, furensq;
 Regem te neget esse Christe Regum?
 Vni cui imperium, decus, potestas,
 Vni gloria debeatur omnis?

In Christi pueri oblationem in templum in die
 purificationis uirginis matris. Ode
 tricolas. Elij.

MAgnes aucta dies muneribus nitet,
 Quam uirtus meritæ consecrat hostiæ,
 Dum sacre puer ædi

Inferitur placidissimus

Nostre lucis opes iam decies quater
Qui solem auricomum condidit, hauserat
Tum legem subit a se
Plebi Iudaicæ datam.

Proles etherei maxima principis
Ritu flaminibus paupere sistitur,
Cum promere parentum
Dantur cernua munera.

Pro casto Mariæ pignore scilicet
Caste aptatur aues, turtur habet parem,
Aut que luce bimestri
Assunt forte columbulæ.

Eius iussa agitur lege redemptio.
Qui cunctos redimit, sanguine regio,
Cui lautissimus orbis
Ornatu triplici subest.

Hæc diuina auidis munera brachijs
Cœlesti Symeon flamme feruidus
Plus amplectitur auro,
Hac ode eulogium canens:

Iamia sancte pater, morte adea sine
Summe pacis iter, nam tua pignora,
Vera dona salutis
Cerno, stringo, gero, oscular.

Hanc lucem populis ingeris omnibus,
Quæ cernant fide mirificum iubar,

Et

Et quo tramite querant

Vitæ gaudia perpetis.

His uates parili fœmina spiritu

Sacris dat socias teste deo manus,

Que post fata mariti

Longeum uiduam egerat,

Hec ædis Solymæ ceu reses incola

Fructus æthereos opperientibus

Regis sceptra pusilli

Votis pandit alacribus.

O quem tunc Symeon Annaq; nobilis

Persensere fauum, quo fuit utraq;

Mens impleta uigore,

Et quo flammæ a numine

Non has lingua potes delicias canet,

Nec fœcunda pari mens capiet sinu

Sola has nouit abunde

Fœlix experientia.

Christū quisquis auct tangere parvulū,

Et passis animi stringere brachijs,

Veros carpet amores,

Et symplegmatæ mystica.

Languescet Cypriæ multifidae faces,

Et turpes fugient(haud mora) copule,

Quin coelstibus armis

Cedent arma libidinum

Salve digne puer laudibus optimis,

Cum sis è pueris optimus omnium,

Nam uelamine carnis

Claudis panaretum decum.

Queris soliuagam pastor ouē bonus,

Illuc ut reuehas semper ubi pater

Tecum & flamme regnat

Maiestate simillima.

De natuuitate Iesu Christi Ode Tricolos, Mont,

AEterna proles aetherei patris

AN ostri figura corporis obsita

Euentre matris non recluso

Prodit, & auctor adest salutis.

Illesa prorsus uirginitas manet,

Nec sentit ullam conspicuus pudor

In iuriam fœdi cruoris,

Et uacat ipse dolore partus.

Pangunt canoras angelici chori

Laudes, & hymnis ritè sonantibus

Regis noui cunas heriles,

Fasciolasq; breues honorant.

Currunt magistri lanigeri gregis

Admissa mundo gaudia perditò,

Cernunt uidere, per quem salus est

Remq; casas referunt per omnes.

Celsa corusci lampade syderis

Primi uocantur Christigenum duces,

Qui thure, myrrha & auro adorent

In stabulo positum tonantem,

Salve di/

S alue dierum maxime, qui tulit
N obis tot aucto munera fœnore
E t exules sperare fecit
A d superas redditum phalanges.

N on posset unquam dignius euchi
N atura nostri cernua corporis,
N ec charitas uires stupendas
F ortius insinuare mundo.

O uenter omni messe feracior,
T ellure maior, latior æquore,
D iffusior cœlo patente,
E t locupletior orbe toto.

E x te bonorum prodijt omnium
F ons ac origo, quicquid habent boni
O pes caterue Christianæ
C laustra tulere tui pudoris.

O foeta dio uiscera flamine
I n quis amicus plasmatis & Dei
F it nexus, & miro fauore
C œlica consociantur imis.

Salue superni sancta caro ducis,
Quæ labis expers omne scelus necas,
Orbem repurgas uniuersum,
Atq; nutris animos piorum.

Qui te palato percipit intimo,
V itam salutis perpetue capit,
A ngore nec famis præmetur

Dum globus aethereus manebit.

Odigna summo patre benignitas,

Ores perenni congrua filio,

Ospiritus opus superni,

Conueniens bene charitati,

En ad salutem iam pater omnium

Optata dulcis ianua gratiae

Intrare phas est, et beatam

Tum sine fine tenere sortem.

De cruce Christi. Ode dicolos alermania Euan-

pidea trochaica hexastrophos. Mont.

CRUX AUE PRÆSIGNIS ARBOR

MAGNA SPES CREDENTIUM,

MAXIMI SEDES MAGISTRI,

ET TRIBUNAL IUDICIS,

VNDE PACIS ET SALUTIS

PROMITUR SENTENTIA.

TRA NSFUGIS CONFERS ASYLM,

ET PHASELUM NAUFRAGIS,

MORTUIS UITAM PERENNEM,

GAUDIUMQ; TRISTIBUS,

ET PROFUNDA NOCTE PRESSIS

LUMINIS UERI IUBAR.

HOC THOLO THESAURUSILLE

QUONIHL PRÆSTANTIU

TOTUS INCLUDEBAT ORBIS

EN PALAM SUFFIGITUR,

vt virile

Vt virile robur indat

A gmini certantium.

Hoc foro merces honestas

R ex supernus explicat

P urpuram fusi cruxis,

V imq; nymphæ nobilis

E t beatæ carnis escam,

A rduamq; victimam.

H ec ualentis arma uitæ

T ela frangunt dæmonis

M entium secreta cingunt,

C onserunt pacem ratam

P ostquam fatum temporale

D ent beata gaudia.

De visitatione Mariæ virginis. Salin.

P Rægnantem Heliaben senili in ævo,

S cri pondera uentris & gerentem,

V irgo maxima, uirginumq; princeps,

S ed iam plena deo uiri absq; tactu,

S candens in iuga montium supina,

I nvisit studio uolens amico,

N ec duræ extinxit uiae salebras,

N ec decliva confragosa & altos

A nfractus nemorum ue, rupium ue,

T antæ illi Helisabe est propinqua curæ.

I psum sed simulatq; uirgo limen

Gressu contigit ausspicatiore,

Cognitæ

Cognatae obtulit et sue salutem:
Qui materno utero latebat infans,
Iam regi superum propheta sanctus,
Quam exiret prius e parentis alio,
Gestu gaudia mobili indicauit,
Et prolem coluit patris supremi
Supplex gesticulatione honora,
Parui corporis et tremente motu.
Diuino sed anus refota flatu,
Santi ac numine spiritus repleta,
Præsago hæc meditatur ore, calamans:
Vnde hoc? ut domini mei genitrix
Ad me uenit et has et intret aedes,
Que coeli artificem gerit coruscis?
Felix ante alias o una matres,
Hebrei generis decus puella,
Quod credis uolucri ætheris ministro
Tam miracula magna pollicenti.
In te perficiuntur, o beata,
Quæcumque alipotens satelles inquit,
Dicta eius neque sunt futura uana.
Tunc maiore Deo excitata uirgo,
Uerbitum et supero calore foeta,
Carmen composuit nouum, Deique
Lauda ingentia facta uexit alta:
Toto pectore gratias et egit
Regnatori hominumque, cœlitumque:

Quod

Quod se ancillā humilem benigno ocello
 Respexit, & illa contulisset,
 Quæ nulla est potis explicare lingua:
 Tesaurumq; bonis dedisset, olim
 Promissum Abrahamo, nepotibusq;
 Eius secula adusq; seculorum.

Ad Christum crucifixum.
 Borbonij.

In cruce te quoties nudum contemplor I E S V
 Perfossum palmas & latus, atq; pedes,
 Despero miser, & clamo me fulmine dignum,
 Lignum tartaros mille subire rogos:
 Nam tibi sum tanti pro causa doloris I E S V,
 Plenus flagitijs, impietate grauis:
 Displingo(breuiter)totus mihi, uiuere tandem,
 Sed tua uox animum recreat illa mcum.
 Huc omnes ad me(uos qui peccastis)adeste,
 Vulneribus curo vulnera uictima meis.
 Quis tam ferreus est, quem uox non molliat ista?
 Quis præ laetitia temperet à lachrymis?
 Inuitas ex æquo omnes, nullosq; repellis,
 Promittisq; patris regna beata tui.
 Maxima promittis, sed quæ præstabis abunde,
 Nec quenquam falles, omnia nanc; potes.
 O nos felices per te seruator I E S V.
 Nam tua mors nobis uita salusq; fuit.

Idem de

Idem de cruce domini.

Disce crucem quicunq; cupis cœlestia regna,
Qui cupis in Christo uiuere, disce crucem,
Ventos, pauperiem, morbos, opprobria, pestes,
Vim, solem, frigus, flagra, tributa, famem,
Imposturam omnem, et leges à fraude profectas,
Et reges magni sepe flagella Dei:

Omnia fer paticns Christiq; uocantis amore,
Qui nil non nostri passus amore fuit,
Hoc facere ut possis, uenerabile nomen I E S V
Sepe uoca, præsens hic tibi semper erit.

Crede mihi, hæc hominem dignum constantia cœlo
Efficit, hæc est crux cuiq; ferenda pio:
Hæc Christi crux est, hanc qui contempserit, is se
Mille malas speret commeruisse cruces.

Christus in cruce pendens loquitur. Borb.

Hv C me sydere descendere fecit olymbo,
Hic me crudeli uulnere fixit amor:
Langueo nec nostro quisquam illachrymatur amori,
Quem nequeunt diræ frangere iura crucis,
Pungentem caput, et cerebrum gestare coronam,
Cogit amor, cogit uulnera tanta pati.

Felle sitim nostram et mixto satiauit aceto
Mi pectus lata cuspidie rupit amor.

De me solus amor, de regum rege triumphat.

Ille pedes clavis fixit et ille manus,
Si cupis ergo animi mihi signa rependere grati,
Dilige, pro cunctis sat mihi solus Amo-

De Christo

De Christo crucifixo. Pictor.

M^E legi quisquis ades, si qua est tibi cura salutis,
Si tua diuinus pectora tangit amor.
Ecce cruci affixum, quo cuncta mouente mouentur,
Cuius cuncta bibunt fontibus, ecce sitit.
Qui fabricat brutis aubusq; sedilia, pendens
Nil sua quo ceruix sustineatur habet.
Est nudus, largitor opum, speciosior astris
Linet, & est iustus, uictima pro scelere.
Qui dat sceptra, gerit de sentibus ecce coronam,
Latrones inter gloria summa probro est.
Quiq; refrigerium est, ipse est solaminis expers,
Est uite dominus, mortuus ipse iacet.
Hæc dixisse uelim, sed tu memor esto tot atq;
Tanta tui causa sustinuisse Deum.

Addominum Iesum Christum. Psalm.

D^V M modo adiutor mihi sis Iesu,
Et manum porgas opus inchoanti
Si quid affectem, studijs uel equis
C ondere tentem:
Non, quid hostilis faciat, timbo,
Vis mihi, telis licet ipsa mille
S eniat, textu & solidata aheno
Induat arma.
Bruta discedat, moueat uer tellus,
Tristis & lethi speciem minetur,
Corruant

Corruant montes, & aquis inundent

Flumina latis:

Orbe grassetur violentia pestis,

Et famæ uexet populos acerba,

Dirus infestas inimicet urbeis

Cæde Gradiuus:

Humidi seſe cataracta cœli

Pandat, & densi glomerantur imbres,

Mugiant uenti, cadat incitato

Grando rotatu:

Horreat pigra Boreas ab Arcto,

Vstulent spicas nimiae pruinæ,

Ardent æstus, micet atq; crebris

Ignibus æther:

Lustra syluarum latebrosa, cæcas

Et vias saui teneant latrones,

Nec sit infestum per iter malignis

Ire periclis:

Naſfragum uexent pelagus procellæ,

Turbidis Cauris agitantur undæ,

Et suas frangi uideat paucſens

Nauta carinas:

Si modo(ut dixi)Deus alme, mecum es,

Si tui obiectu clypei tegorq;

Tutus ostendam medium dolosif

Hostibus unguem.

Vlla nec lethi metuam pericla,

Te ſpeii

T e sp̄ei plenus sed ubiq; nitar,
F orte munimen, stabilisq; rerum ô.

C ardo mearum.

G entis Hebræe miseratus asperam
S areinam, & duros nimium labores,
Quos iubebatur Pharaone quondam

F erre tyranno,

E xcitas Mosen: Duce quo exeuntes
A Phari terris, aliò recedunt:
C um tot insuetis trepida obſtuperet

R egia monſtris.

V t uia excedat pede turba ſicco,
D iditur paſsim maris unda Rubri,
M ox aquæ rurſum coēunt, ut æquor

O bruat hostes.

P er manus mactas Amalechū inermes,
H æ crucis sed tum fuerant figura,
D eſcis pulſu ſine machinarum

H ierichunta.

E ripis coeti ex utro prophetam,
E x ſcnum cæcis laqueis Sufannam,
L ambit inſontes pueros, nec illis

O fficit ignis.

A ntè Getulæ bibulas arenas
T ethyos, coeli numerabo & aſtra,
Q uim tue poſſim memorare facta

G randia dextre.

d Christus

Christus ad unumquemq; Chri-
stianum. Dulich.

SV M uia, qua petitur directo tramite cœlum:
Quir alia in cœlum niteris ire uia?
Sum uerum, uanumq; nihil mea uerba loquuntur:
Quir uanis rebus, uanior ipse studes?
Sum quoq; uita meis longe certissima nunquam
Intericura, illam quir aliunde petis?

De resurrectione Christi. Ode tricolos.

Magno triumpho conspicuum diem
Christus sacravit, victor ut inclytus
Auctore mortis compedito
Induit auricomum decorem.

Direpta sedes tartareæ domus.
Mentes piorum funditus crutæ,
Abstensus imber lachrymarum,
Reddit lux misericordiæ benigne.

Ingente Samson robore præditus
Gaze refractis foedifrage seris
Euadit in montis cacumen
Hostibus attonitis stupore.

Mundo informi paret homo nouus
Vite perennis spem omnibus ingerens,
Quos mortis eterna catena
Nexibus impedit uetus istis.

Haud matre quicquam uirgine letius
 Tellus habebat, quam iubare aureo

Primam

STIANAE, LIB. I. 58

Primam reuisit sol renascens

Tristitiae tenebris fugatis.

Oque piorum gaudia mentium,

Et que uicissim proloquia accita.

Quae mutui aspectus uenustas

Gratia quanta noui decoris

Narrat triumphum filius huberem,

Et pressa nigra scepta tyrannidis,

Limbumque captiuis inarem

Et ducis arma rei subacta.

Replet supremae pectora uirginis

Rerum profatu diuite grandium

Permittit osculis iugari

Stigmata signa rati trophei.

Exinde amicis dulciter omnibus

Lucem corusci corporis exhibet,

Ac nube mœroris remota

Visere solem animis dat alnum.

Astant sepulchri pro foribus sacra

Prost terga cernit Mazdalis hoc iubar

Dum credit hortulanum, & eius

Prona pedes cupit osculari.

Fit nunciatrix mirifica ad uiros

Victoris uncti mortis & obrute

Apostolæ sortita nomen

Iuge decus muliebri honori.

Hunc Petrus ardes, huc simul undecim

V idere solem, quique; fide arida
M iranda tarde admisit acta
T angere uulnus hians iubetur,
A udent stupentes figere foeminae
D euota plantis oscula candidis
H ærentque; humi, donec cupitam
A ccipliant benedictionem.

D iues magister fit comes hinc uiae
C harasque; mentes gnauiter erudit,
D um scripta uatum pandit alta,
D istribuitque; cibum salutis.
A sso cibatur pisce, fauo addito,
I llustrat acri pectora spiritu,
L egis sacræ nodos resoluit,
E xplicat & grauidos prophetas.

P rædam profundi squamigeram lacus
D onat trahentes diuite gratia,
S eptemque; coniuuiis uidendas
E xhibet oris opes sereni.

E mptas fideli tradit oues Petro
A usu ferendi probra crucis dato,
E t singulari dote fultum
S eligit ex alijs ephœbum.

H æc sancta paschæ gaudia nobilis
H æc fusa mundo munera perditæ
H i mentium fructus bonarum,
H æ pietatis opes honestæ.

Saluete

Saluete donis tempora maximis
Ditata, & horis inclita mysticis,
Dum sub decem quater diebus
Conficis numerum sacri orbis.
Lauds trinitati sit pia maxima,
Quae cuncta nutu condidit, ac rato
Iam lucis aeternae decoro
Cœlicolas amicit coruscos.

De resurrectione domini. Salm.

Si quis peritus carminis artifex,
Qui phœbus arte, cui dederit modos,
Quiq; ora Permesso fluenti
Prolierint faciles camœnae:
Plectris eburnis & fade tinnula
Christi beatam cantet Anastasim:
Nam mole conclusus sepulchri
Morte prius domita reuixit.
Non ille lethe flumine lurido,
Non fumigantis carcere tartari,
Canis ue latratu redire
Est uetus superas ad auras.
Nam cum catenis mille adamantinis
Plutona nigrum tum grege noxio
Vinxisset, umbras & piorum
A piceo eripuisset antro,
Fusca Barathri regrediens domo,
Corpus resumpsi sarcophago abditu,

d 3 Seseq;

Se seq; multo augustiorem
Obtulit inde suis uidendum,
Phoenicis instar, qui strue cinnami
Densa crematus, myrræ et Orontidis,
Aestate suprema priorem
Incolumis renouat iuuentam.
Christum nitenti lumine floridum,
Debentem, et atræ nil Lachesi amplius
Vidcre multi, quâ iugoso
Porrigitur Galilæa tractu.
Vt uicta mors est interitu illius,
Sic restituta est eius Anastasi
Amissa nobis ante uita,
Tartaridum Imperio subacto.

In ascensione domini ad Iacobum Daurium
Villanovanum, Salm.

Ergo ne summi progenies Dei
Luce hac recessu nubiuge æthera
Sublimis ascendit coruscum, &
Ad patriam remeauit aulam
Cœli searet cerula corpore
Cum glorioso raptus in ardua,
Cinxere confertim magistrum.
Aligeræ reducem cateruae.
Olim uetus as garrula sic suum
Tranasse uentos Mercurium leues
Finxit, reportantem profundi

Iussa

Iussa Iouis, per inane sudum.

A t qui ut uolucres Spirituum chori

I mmensa cœlo gaudia in aureo

G audent, reducentes ad axem

P lausibili Dominum triumpho,

E t festa leti iubila funditant,

Quod Christus acta re bene, & hostibus

O mmino Cocytii subactis,

S candat ouans, operæq; comp os.

S ic orbe nostro tunc lachrymabilis

A postolorum turba fidilium,

C eu principe amissio sedebat,

S eq; animis cruciabat ægris.

N e mœsta flentes tundite pectora,

F idi ministri, né ue premat dolor

I nternus afflictos, quod æthram

C hristus adit, sola & ima linquit.

N on ille non uos deseret orphanos,

V estri ue curam projicit, uelut

O ppressus ingenti ueterno,

I nmimor aut comitum suorum.

V estris superne mentibus indita

O mnes nouabit lux Paracletica,

F irmabit aduersumq; seuos

Quod fragile & trepidum tyrannos.

C um patre fasces imperio pari,

A c sempiterna sceptræ potentie

S ortitus humanos in omnes,
 E t solio residens honoro,
 A b axe summo respicit infusa,
 A c nos tuctur solicitudine
 E x omnis attenta, eripiqt;
 P ronior à grauibus periclis.
 Ae quena proles patris Olympici,
 Aluo integelle uirginis edita,
 V t liberares nos ab Orco,
 H uc ades, & miserere nostri.
 D audi solemus talia barbito,
 S i feriamur, psallere cantica,
 C um festa lux fulget, iubentq;
 P ontifices populum ociari.

De Christi ascensione Ode tricolos.

C hristi celsa monet gloria maximi,
 Q ua cœlos petijt, multifidum melos
 T oto pangere nisu,
 E t rem tollere laudibus.
 V astato stygij principis atrio
 P ræda uictor ouans liquit ut inferos
 Q uadraginta diebus
 F irmat magnificam fidem.
 T ardos ingenio, cordeq; debiles
 V nda perpetui fontis inebriat
 V atum scripta recludit,
 E t se uiuere comprobat.

Restabat

R estabat per opus, grande, nouum, potens

R ebus mirificis debita clausula,

A tq; ut par erat aptus

C oepio terminus ordini.

E rgo auctus duplice uictoriens stola

H eroumq; nitens agmine libero

A scendit per inane

V i cœlum propria petens.

Nubes obsequitur, tractus & aeris

M ulto præbet iter lumine pendulum,

S candentiq; elementa

C ædunt cuncta locum Deo.

O dæ multifores angelicae tubæ

P romuntur liquidum rite per æthera,

E t per iubila grates

F unduntur meritæ deo.

I ngens spirituum turba fit obuiam,

Q uis nam est iste rubra ueste canentium

T ectus, quemq; uenustat

T extu purpura luteo.

Q uis tanto gradiens robore, nostraq;

T anto regna petens numine quem inclytus

T anto miles honore

S tipat, prosequitur, præcit.

Q ui ueram populis iustitiam loquor,

T orcularq; meis triste laboribus

P ridem solus obuii,

Dum respergerer undiq;.

Miris unanimis rebus Apostoli

Intendunt audire, et magnificum ducent

Visu, cordibus, ore

Educunt socialiter.

Toto quicquid habent pectore virium

Cum uiso pariter ritè leuant hero

Sic diuertia donant

Quod uisus uetuit dari.

Hinc spes nostra bono prouochitur gradu,

Castam præcipuum nutrit amor facem

Et conclave deorum

Audens ingreditur fides.

Demonstrata uia est à duce maximo,

Qua turbæ patcat transitus exuli

A d promissa perennis

Olim gaudia patriæ.

Mirum obscura decus consequitur caro

Tantis aucta bonis, fultaq; dotibus

Dum cœlos super omnes

Cunctis præuechitur choris.

Suummi dextra patris diuite fulgidum

Ornatu propius destinat huic thronum,

Et uim iudicis amplam

Concessu tribuit rato.

Sic natura meritis nostra bonis cluit,

Et sic perpetuis fulget honoribus.

Ne quis

N e quis mole supinæ

S e uitæ præmat improba.

E n dignis placidi iam patris aſidet

O rator ſolio, quem miſcret malo

G entis pondere preſſæ

C ausam quiq; agit omnium.

N il tanto poterit non dare filio

M aieſtate cluens largiſluia pater,

C uius uiscera tota.

N obis iugiter affluunt.

I n laudes igitur te properè excita

O plebs lota boni ſanguine principis.

Q uam tanti facit uſq;

C lementiſima trinitas.

N on eſt auricomæ ſub face lampadis

G ens te nobilior, ſanctior, altior,

C ui tanto deus adſit

O mnis munere gratiæ.

E rgo laude tuo inſtrue filios,

D iuiniq; operis uim grauidam doce,

N e promiſſa animorum

Ingratos fugiat ſalut.

F ac nulla hora uacet, nulla uacet dies

C elſi laude patris, lingua, manus, gula,

E t præcordia mentis

H uic ſint dedita muneri.

Quo post exilium lugubre temporis

Fufis

Fuis digna queas præmia laudibus,
Vlitra fœnus herile
Nancisci sine termino.

De ascensione domini. Salm.

Quodam discipulis loco gregatis
Qua sese Gallilæa pandit, atq;
Cliuis molliter editis tumescunt,
Ad palatia patris alta Christus
Ascensurus, et aureos penates,
Inixus tereti infit hæc oliue
Ad patrem ut remeam meum, necesse est,
Dilecti comites, breuiq; uadam
Ad clarā(fueram unde missus) ethram,
Sed uos tempore post deinde paruo
Ascendetis item, sequeminiq;
Vestrum(nec mora longior)magistrum.
Hæc uobis quoniam renuntiantur,
Mentem tristities replete agram,
Et me illuc(uideo)doletis ire,
Quo summus uocat arbiter, parensq;
Mœret flebilis appetente partu
Pregnans, et quatitur graui dolore,
Illam infans ubi nasciturus urget,
At postquam mulier soluta partu est,
Pressuræ memor haud recentis ultrà,
Quod uenit superas puer sub auras,
Et dulci domus est aduentæ foetus.

sic

Sic uos pectore qui sedetis ægro,
Impenseq; abitu mco doletis,
Pœnarum furijs tyrannicarum
Affligimini, amara multa nec non
In mundo interea anxij feretis,
At lætabitur inuicem ipse mundus,
Insultans capiti nihil merentum.
At qui in gaudia sempiterna uertet
Vestra hæc mœsties, & anxitudo,
In risum lachrymæ molestiores,
Formidabitis amplius nec artes
Regum sæuitias, satellitum ue,
Aut quicquid fera machinatur ira.
Verum hæc ut patientius ferantur,
Contra instantia roborem inq;
Et fraudes hominumq; demonumq;
In uestras paracletus ille sanctus
Mentes cœlitus influet, dabitq;
Omnem uincere posse diritatem.
Et quæ dixero cunq; apertiora, ac
Vobis enucleatoria reddet,
Celesti instituens rudes Camœna.
His dictis dolor omnium quietuit,
Et spes addita uocibus magistri.

Despiritus sancti missione. Ode Saphica. Moma.

Diles immensi bonitas parentis
Spiritum e cœli pluit arce sanctum.

Et

Et ratam monstrat bene charitatem

Munere tanto.

Miserat chari decus ante nati

Qui pia seruos necc liberaret

Et daret uoto sua profluente

Viscera nobis.

Panderat miris opulenta rebus.

Dona per uastum pater ipse mandum

Vim sui rotam faciens amoris

Visere curatos.

Dia restibat placidi ueniret

Flaminis uirtus & opes honestae,

Dura ieunae quibus interiret

Mentis egestas.

Ergo confessus rutilum paterni

Filio digne solium tenente

Spiritus fructu grauis ex perenni

Labitur arce.

Dissilit nubes resono fragore,

Pregrauis coelum strepitu remugit

Et trepidino trepidat pauore,

Gens recuita.

Paria tum plebis schola Christiane

Aedibus sacrum celebrabat unis

Et precum celso numerosa patri

Dona litabat.

Spiritus illuc uehementis ardor

Tendit,

Tendit, et toto trrepidante Iuda
Fiammeis leclæ replet ora plebis
Cordaq; linguis.

Clausa panduntur loca, legis altæ
Et recluduntur sacra uerba uatum,
Fit itaq; momento Petrus acer uno
Rhetor & heros.

Optimus doctor rudium uirorum
Non eget quouis spatio morarum
Qui cor occulto tetigisse lapsu
Est docuisse.

Degener pessum metus it, labascit
Mœror, abscedit procul omnis error,
Visq; laxatur tacitura iussum
Vocis in usum.

Spes uiget, magno flagrat igne dia
Charitas, floret fidei ampla forma,
Atq; uirtutum chorus omnis aucto
Gaudet honore.

Igneæ uocis tuba uasta multam

Exciet plebem, ueteriq; ritu

Premouet misso patulum salutis

Limen adire.

O quid augmenti calor hausit intus

Dum frequentatur cibus ille summus

Mystici panis, roscocq; plenus

Sanguine potus.

Quid

O quid effecit sacer ille flatus,
 Cuius ad nutum cor iners adaucta
 Mercede ditatur, sterilisq; tanto
 Lingua uigore.

I lle dum moles fabricatur orbis
 Se tulit supra chaos impeditum,
 Vt sua posset redimire quodq;
 Sede creatum.

I lle prægnantum phyliras librorum.
 Copia abstrusi locuplete sensus
 Sancit, & miro replet ora fructu
 Cordaq; uatum.

I lle dimisso scelerum reatu
 Cernui foedos animi recessus
 Gratia purgat sceleri, domumq;
 Tum sibi reddit.

I lle uitali sacrat usq; rore
 Dona lustralis ueneranda lymphæ,
 Quæ uelut rubri maris unda cunctos
 Enecat hostes.

I lle conceptus tribuit uerendos
 Virgini matri, ut nec onus pudori
 Ferre iacturam neq; claustra posset
 Lædere partus.

I lle delecti synodus popelli.
 Vuidam reddit, regit atq; soetat
 Ac uelut uitem, sibolis frequenti

Palmite

P almite ditat.

I lle uictores necis irrogate
M artyres fecit, sophiamq; doctis
R obur inuictæ fidei magistris

I ndidit ille.

I lle foemellas superare sexum,
E t uoluptatum uada præterire
F lammeo illapsu docuit fidemq;
Morte sacrare.

I lle uirtutum sator optimarum,
M uneris lux inclyta, septiformis
F ons aquæ uiue, paracletus ægris,
E t pater orbis.

I lle fax almæ rata charitatis,
Qua calent fortes animi, cauentq;
Quæ caro, mundus, stygiusq; dæmon
S picula torquent.

I lle signorum locuples patrator,
E t Dei perpes digitus supremi,
Quo uenenati male suada techna
P ellitur anguis.

H ic sacer nexus patris atq; nati
I re processu parili ex utroq;
C reditur, comparq; tenere regnum,

E t decus æquum.

H unc dari nobis sitienti uoto
S piritum illapsu petimus benigno,

e Qui

Qui suo infirmam solidet iuuetq;

R obore mentem.

Quo per hanc uitam miseram breuemq;

Sorte transgressi placidos beatos

Maximi patris ualeamus usq;

V isere uultus.

Ad spiritus & potentias cœlestes. Salm,

VO S ego ô mentes ueneror beatae

Nulla quas labes maculauit unquam,

Igneo que per liquidum uolatis

A ethera curru.

Face terrena nihil inquinatæ,

Aureo solis radios nitore

Vincitis, sanctum bibitisq; claro

N ectar olymbo.

Patriis æterni ali pedes ministri

Sunt quibus curæ populosa regna,

Quiq; mortales studio fœtis

V sq; benigno,

Este custodes mihi, dæmonumq;

Noxias gnaui prohibete fraudes,

Cum deo rixis inimicat & nos

Quicquid acerbis.

Murmure horrendo quoties tonabit,

Ignibus crebris polus & micabit,

Grandinem à nostris triuidumq; fulmen

P ellite fundis.

Laus

Laus Christi. Claud.

Proles uerae Dei, cunctisq; antiquior annis,
 Nunc genitus qui semper eras, lucisq; repertor,
 Ante tue matrisq; parens: quem misit ab astris
 Aequenus genitor, uerbiq; in semina uisum
 Virgineos habitare sinus, & corporis arcti
 Iussit inire vias, paruaq; in sede morari,
 Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo
 Vidiisti, quicquid mundo nascente crearas.
 Ipse opifex, opus ipse sui, dignatus iniquas
 Aetatis sentire iuices, & corporis huius
 Dissimiles perferre modos, hominemq; subire,
 Ut possis monstrare decum, ne lubricus error,
 Et decepta diu uarij solertia mundi,
 Pectora tam multis fineret mortalia seclis
 Auctorem nescire suum, te conscientia partus
 Mater, & attoniti pecudum sensere timores.
 Te noua sollicito lustrantes sydera uisu,
 In coelo uidere prius: lumenq; secuti.
 Inuenere magi: tu noxia pectora soluis,
 Elapsasq; animas in corpora functa reducis,
 Et uitam reamarc iubes. Tu lege recepti
 Muncris, ad manus penetras, mortisq; latebras
 Immortalis adis. Nasci tibi nam fuit uni
 Principium, finisq; mori: sed nocte refusa,
 In coelum, patremq; redis, rursusq; perenni
 Ordine, purgatis admis contagia terris

Tu solus, patrisq; comes, tu spiritus insens,
Et toties unus, tripliciq; in nomine simplex.
Quod nisi pro cunctis aliud, quis credere posse?
Te potuisse mori, poteras qui reddere uitam?

Precatio ad Christum. Myci.

Sic tua cœlestes metuant sic numina manes,
Sic celebrant omnes nomen ubiq; suum.
A spice ut in dubijs uersemur Christe periclis,
Imminet, atq; omni nititur hostis ope.
Nam sua quando iterum credit se posse parare
Imperia, & prisca sceptra tenere manu.
Quos non ille dolos, quas non excogitat artes?
Aut quod non animo concipit ille malum?
I llic in medijs committit prælia campis,
Hic laqueos tanta callidus arte premit.
Et quocunq; etiam referas oculosq; pedes ue,
Instat, & aduersas occupat ante uias.
Lumina nec somnum capiunt, nec membra quietem,
Ille, malum, noctes excubat, ille dies.
Nec secus, ac pelago si qua est sine remige puppis
Fcriur, & emissis fit noua præda notis,
Sic tua progenies, nullo prohibente uagamur,
In nos certatim uentus & unda ruunt.
Ab bene sub prisca currebant patribus anni,
Cum genus in uerbo credidit omne tuo.
Tunc neq; diuitiae, neq; amor regnabat habendi,
P arebant uni pectora sancta Deo.

Hostis

H ostis erat tenuis, raraq; ad prelia uires

Tranquilla quiuis pace quietus erat,

N unc male cum longis perierunt omnia seclis,

S preta iacet pietas, spreta iacetq; fides.

N unc pudet esse bonos, nunc est male uiuere uirtus,

N unc quicquid facias turpiter, omne decet.

S cilicet hec rerum series, ea gloria mundi, est

H eu mihi, quis finis temporis huius erit?

A tq; ea cum spectat, qui nobis imminet hostis,

O cia mihi lento ducere posse putem?

C oncipit imperium, & regni sibi firmat habenas,

I nhiat & præda, ceu lupus, ille sue.

F orsit an & merito patimur nunc omnia nostro,

E t ueniunt factis premia digna suis.

S ed tu cui celum, cui pontus, & aethera seruit,

A rbitrio cuius mensis & annus eunt.

A spic nos oculis (quibus aspicis omnia) blandis

Et nos è tantis erue Christe malis.

A ssere nam penes est te solum cuncta potestas,

A ssere nate patris iudice iussa manu.

I pse uides hostis quos cogat ad arma cohortes,

H as nisi tu uincas, uincere nemo potest.

Ergo fer auxilium, & tandem res accipe fessas,

Quassatis pelago portus & aura ueni.

Ad Christum dominum. Salim.

Q Vanta in gementes commiseratio,

R ex Christe regum maxime, sit tua,

Quo prosequaris nos fauore,
Iudicio est Galilaea Nais
Dum pergis illuc, oppida patriæ
Charæ peragrans, en uiduæ unicus
Forte efferebatur dolato
Filius ad tumulum pheretra.
At pone mater flebilibus sequens
Ferit profundum questibus aethera
Quod nulla sit soli superstes
Ac miseræ soboles relicta.
Commotus illis tu querimonijs
O Christe, sisti sandapilam iubes,
Vespillo paret, ciuumq;
Turba refert glomerata gressum.
Exangue corpus protinus alloquens,
Hec pauca dixi: Surge agendum puer
De mortis obscuræ tenebris,
In superas rediuius auras.
Egressa uix dum uox fuerat tua,
Somno ille cū mox ceu riguo excitus,
Reccludit intentos ocellos,
Redditur attonitæq; matri.
Clamore coetus lætifico strepit
Laudantium te Christe salutifer,
Pa remq; sumnum, qui dedisset
Te populo Solymo prophetam.
Atqui orba nullas si mulier preces
Fundens,

F undens, cuntem te tamen impulit
 M oerore lugubri, eius atro
 V t sobolem eriperes ab Orco,
 S perare quid fas, alme parens, eos
 Qui nocte Numen, quiq; die tuum
 F lentes & affusi, uocando
 S ollicitant prece continent?
 V oces eorum mitis inaudies,
 D urisq; præsens rebus opem feres,
 P erire permittes nec unquam
 S pes quibus es, bone Christe, tota.

Christo optimo. Big:5.

S Alue Christe tuae genitor, filiq; parentis,
 C ui neq; principium est, cui neq; finis erit.
 Quicquid conspicitur, nequicunt quæcunq; uideri
 N uminis imperio facta fuere tui.
 I mpia tartarci fregisti limina regni
 P assus ob humanum vulnera quina genus.
 Q uæ rogo sic nostras urant sine fine medullas,
 I nq; tuam firment, sic mea corda fidem,
 V t mihi segnities, Venus, ira, superbia, liuor,
 C rimine auaritiae disfliceatq; gulæ.

Ad deum Christum. Salm.

C hriste nostrorum scelerum expiator,
 A rce qui summi ueniens olympi,
 S umis humanos utero pudicæ
 Virginis artus,

c 4 Quicq;

Quiq; flagranti studio, atq; amore

Actus, euersi generis ruinam

Vt resarcires, cruce fers in alta

Lugubre fatum.

Fleste clementes oculos ab astris

Nunc ad has terras miserans, precamur,

Nec sinas iussis tua posthaberi

Verba prophanis.

Qui legi sacram historiam, ministros

Iam uetent Dæmon sibi fuscitauit,

Quiq; linguarum pretiosa culpent

Dona tuarum.

Orthus Europæ est Ebroinus alter,

Vt necem, & seuos minitetur ignes,

Alter in Christi famulos furit trux

Richtouarus.

Opiae uindex & adesse cause,

Et uelis tantos cohibere motus,

De tuis ne uictor agat triumphum

Legibus Orcus.

Celticæ pubis manibus Catullus

Tritior ne sit, teneri q; Strozæ

Quam sacer Moses, Solymiq; sancta

Carmina regis.

Quamq; flammati monumenta Pauli,

Quam Syrus Lucas, & apostolorum

Pagine, unde uber pietatis, unde est

Vita perennis.

Tanta mortales miserós ue uersat

Cæcitas cingunt tenebræ' ue tantæ?

Seu mage inferni dolus, & nefandæ,

Principis artes?

S omnia ut malint mera, preferantq;

E ntheis quidam Domini libellis

F abulas, glandes & edant reperto

M unere frugum?

H unc ab insanis animis furorem

E xigens, rerum pater alme, cæcas

R ore cœlestis Sophiæ salubri

Imbuc mentes.

In na-alem domini. Borb.

S O L hodie mundo cunctis præclarior astris

E xoritur Christus, diuina luce coruscans:

E cce Palestini quem præcinnucre Prophetæ.

F ilius ille Dei casto de uirgine aluo

F actus homo egreditur: procul ô uos ite profani,

I te procul famosa iuuant quos numina stupris,

Qui sceleratorum colitis simulacra deorum,

Qui regem & dominum cœlo terraq; potentem

C reditis esse Iouem, atq; immittere fulmina terris,

V erus adest dominus cœli, terræq; marisq;

S ubdita cui paret tam uasti machina mundi.

H ic hominē inducre, & moribundū sumere corpus,

V ersariq; homines inter, dcus, atq; malorum

Flagra pati, inuidiamq; sue & ludibria gentis,
Horrendamq; crucem doluit, nostramq; necauit
Morte sua mortem, summo hostia grata parenti.
Surgite mortales uos qui dormitis, & alnum
Hunc animis uestris sinite illucescere solem.

In natale Christi. Mycil.

Feruida iam summo consistit uertice bruma,
Et reuocat gelidas uersus Apollo tuas.

Incipiunt sacri Iani properare calende,
Dicite Io patres, dicite Io pueri.

Ecce iterum magni cœlo natalis Iesu
Voluit è niueis lux memoranda notis.

Illa dies alto uidit descendere cœlo,
Vita pro nostra qui moriturus erat.

Illa dies hominem uidit de uirgine nasci
Qui regit has terras, qui regit astra deus.

Salut festa die, omnem celebranda per orbem
Sydera dum cœlum, dum uelut annis aquas.

At tu chare puer, hominum seruator & author,
Respice seruatos sanguine Christe tuo.

Ac nos qui trahimur per tot discrimina rerum
Aspice, & in tantis auxiliare malis.

Vndiq; nos tentat, nos undiq; territat hostis,
Quo non perueniat, nullus in orbe locus.

Omibus ille dolis, atq; omni nititur arte,
Ille potens fraude est, uiribus ille potens.

Nulla salus misericordia, tu sola atq; unica spes es

Ad

Ad te configimus, fer miseratus opem.

Per, te qui talem nobis genuere parentes

Per, quibus exempti vulnera morte sumus.

Da nostris animis pacem, da Christe quietem,

Nostraq; tranquillo numine corda regas.

Ad dominum Christum. Salm.

Christe confusæ medicina mentis,

Dulce solamen, requies amica,

Suauius nomen teneris Sicanæ

Floribus hyble,

Mole noxarum coopertus atra,

Quo gemens ibo ueniam precatum?

Me nisi occurrentis miserum sereno

Lumine cernas?

Fletibus quantum mouare nostris,

Qquamq; sis erga facilis dolentes,

Latro testetur, mulierq; odorum

Quae tulit unguen.

Hæc in obscenis habitare lustris

Suetat, vulgarat meretrix pudorem,

Multus at stricto iugulatus illi est

Ense uiator,

Sed tamen uerbis utriusq; flexus,

Et prece effusa, ueniam dedisti,

Opater clemens, oneroso et ambos

Fasce leuasti.

Maius ad nullum specimen tuorum est

Miserum

M unerum, quām quōd truce fixus alta,
S ponte in humani generis salutem

F unera persers.

I lla mors quanti docet estimcmur,
Q uam sit exundans Charitum tuarum
C hriste fons in nos, rosco redemptos

S anguinis imbre.

G ratias ergo tibi agi decebit,
Q uandiu nostros animabit artus
A ura, & affectu meritas profundo
D icere laudes.

In noctem natalis domini nostri I E S V C H R I/
S T I auctoræ dñiæ. Borb.

N vbia diffugiant, clarum micet undiq; cœlum,
E mittant radios sydera pulchra suos,

H anc decet egregio præcellere lumine noctem,
Q ua Christum uerum lumine in orbe dedit,

I n qua factus homo est de uirgine natus Iesus,
S eruator mundi, filius ille dci,

N atus homo est, homines omnes ut seruet Iesus,
Q ui sol iustitiæ dicitur, atq; deus.

O bstupuit natum tulerat quem uentre pudico
A nte pedes mater uirgo iacere suos,

H æc breuibus pamis perstringere molliæ membra,
A dmouit teneris ubera casta labris.

P rotinus angelici sonuere per aëra cantus,

E t pastorali tibia pulsa manu.

I pse bonus coniunx sceno præscia munit,
S cilicet illa deo culcitra prima fiat.

C um boue procubuit(dictu mirabile) asellus
S pirans, & calido sedulus ore fouens.

O nox o totum splende formosa per orbem,
T uq; sequens atra sis sine nube dies.

Q ui puer est natus nobis, is crima mundi
T ollit, spes hominum, pax, uia, uita, salus.

De notis suis ad dominum Christum.

Salm.

C OELI potetem quid dominum ardui
M astrarinus orat, quid prece feruida

S upplex ad aras, cernuisq;

P oscit, humili genibusq; repens?

N on saltuoso sceptr'a Britannic,

Q uantasq; Crassus Romulides opes

P ossidet, aut gemmis omistum

P ontificis diadema summi.

N on ante fusces gestet ut insolens

M e lictor olim, non ut arem iugis

B is mille arenosus rapaci

Q uos dirimit Liger amne campos.

C ensus auitos Fors quibus obtulit

D imensa cornu diuite, gaudeant,

Q ue Eclua, queq; Andes tulcrunt

V ina bibunt, casiaq; fragrent.

sparfa

S pars a recubant molliter in roſa,

P aſcantur eſcis & ſaliaribus,

M e mensa delectetq; frugi,

M e cicorea, & alant oliue.

F rui hiſce paucis o mihi sobrio

R ex Christe dones, preterea pia

C un mente tranquillam ſenectum,

S uauiseni cupidamq; plectri.

I nde, ut, dediſti quos mihi liberos

D ulci ex marita, moribus optimis

O rmentur, ut te corde toto

S uſpiciant, dominum Deumq;

AD Christum oratio. Pict.

Nostras C H R I S T E preces benignus audi

N osti qua teneor necessitate.

E t desiderium meum ſub imo

C ernis pectore: non peto ſuperbas

C roesi diuitias, nec eminentes

D octrinæ cathedras, ualensq; corpus,

N ec quicquid gemino nitet ſub axe,

S ed tantummodo poſco uulnclariri

D iuina mea corda charitate.

Præcatio Christiana, ex rōm. v. 14.

Aoīu. Borb.

Opater omnipotens, clariq; habitator olympi,

L audetur merito nomen honore tuum,

Adueniat

Adueniat regnum, tua sit rata ubiq; uoluntas,
Fiat, & in terra sicut in arce poli.

Da nobis hodie panem, & nos exime noxae,
Vt ueniam nostris hostibus usq; damus.

Nec sine tentando Stygius nos opprimat Erro,
Fac animas nostras ut mala nulla ligent.

Precatio dominica asclepiadis comprehensa. Salm.

Vi cœlos habitas omnipotens pater,
Sit sanctum usq; tuum nomen amabile,
Promissa adueniant secla fidelibus,
Terris iussa homines sic peragant tua,
In cœlo illa facit coetus ut aliger,
Nos diuina hodie pasce bonis dape,
Et nostris uitijs parce, uti parcimus
Illis, quorum opera lœdimur hostibus.
Tentando neq; nos destituas malis,
Sed pellas opifer cuncta pericula.

Precationis dominice paraphrasis.
Duch.

Rerum summe parens, rerum summe arbiter idem,
Summus fit noster laus tua sancta scopus.
In nobis regnes, istum usq; colentibus orbem,
In te regnemus, regno in olympiaco.
Quae uis, haec tam eadem faciamus peccatore toto,
Quam nua paret cœlica turba tuo.

Illust.

Illum hodie nobis ubertim suffice panem,
Qui corpus, qui animam quoq; die satiet.
A quibus opprimimur, ueluti dimitimus illis,
Dimittas nobis debita nostra reis.

In nos uaficies Cacodæmonis improba canti,
Neu tendat laqueos, neu struat infidias.
Quod si nos malis tentando probare, rogamus
Ne succumbamus, summe parens, oneri

Christus loquitur. Borb.

A Er, terra, frustum, sylvae, mons, ignis. olympus
Omnia transibunt, sed mea uerba manent.

Præcatio Christianorum. E Græco suo
Borbonij.

Vt tua pertingat penetretq; precatio cœlum,
Corde sit ex puro, sit breuis, atq; frequens.

Miracula Christi. Cland.

A Ngelus alloquitur Mariam, quo præscia uerbo
Concipiat, salua uirginitate deum.

Dant tibi Chaldaeï prænuncia munera regis,
Mirham homo, rex aurum, suscipe thura deus.

Permutat lymphas in uina liquefiantia Christus,
Quo primum factò se probat esse deum.

Quinq; expletu panes, pisces duo, millia quinq;
Et deus ex paruo plus superesse iubet.

Eritis ex utero cæcus noua lumina sensit,
Et stupet ignotum se meruisse diem.

Lazarus è tumulo, Christo inclamante resurgit,
Et dure

*E*t dura mortis lex resoluta perit.

*N*utantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto,

*E*t dextra gressus firmat, & ore fidem.

*E*x anguis Christi contingit foemina uestem,

*S*tat crux in uenis, fit medicina fidis.

*I*ussus post multos graditur paralyticus annos,

(Mirandum) lecti portitor ipse sui.

Ad dominum Christum. Salm.

*F*rustis orto auibus Christe salutifer,

*H*umani generis praefidum, ac decus,

*Q*ui cum patre potens, anteq[ue] tempora

*R*egnas aethere lucido,

*D*emisit genitor propitiabilis

*T*e quondam e superis sedibus infimas

*A*d terras, uti uim Tartaridum cfferam

*L*etho comprimeres tuo.

*T*e summo pietas deuocat a polo,

*E*t nostri speciem sumere corporis

*C*ogit, dexter opem quo pereuntibus

Sic mortalibus afferas.

*E*nixa est mulier nescia te uiri

In terra Dagonon Bethlemiotica,

*T*estatur tuguri semiruti specus

*P*artum uirginis aureum.

*C*unctos Adamidas fraus Acherontice

*I*n mortis laqueos trusserat horridae,

Vnde efferre pedem uiribus hacterus

f Nulli

N ulli esset proprijs datum.

F uso sponte tua tu nisi sanguine
P lacasse genitorem in cruce pendulus
Et felici obitu Diuus Olympica
Intrasses penetrati.

Iam frenata nigri gens Hercibi fera
Se claustris latitans occulit igncis,
Horrendumq; fremit, ferrea & impia
Rodit uincula dentibus.

Pictæ syderibus iam incola grex plage,
Felices anime, coetus & aliger
Te iotera uocant, te dominum colunt,
Et laudes celebrant tuas.

Tellus omnigenis Dedala floribus,
Spumosis pelagus mobile fluctibus,
Aer dulcisonus alitibus, tuo
Morem ultro imperio gerunt.

Sit laus Christe tibi, sit sine termino
Florens perpetuis gloria seculis,
Cū patre, atq; sacro flamine, quos pijs
Tres unum esse deum ratum est.

De sacro sancto nomine Iesu.
 Borbonij.

Auditur quoties uenerabile nomen I E S V,
Ancilinat quicquid spirat in orbe caput,
Terra genu flectat, cœlum, mare, tartarus ingens,
Omnis & extollat lingua canatq; deum.

soli

Soli Christo, qui est Alpha & Omega, ho-
nor & gloria. Faust.

Prima rudimenti supremaq; litera Graij,
Danda uni est dexter gloria **CHRISTE** tibi.
Ad Dominum Iesum Christum.
Borbonij.

Prædicta uero
Lumen **CHRISTE**
Sydera nutus
Cuncta gubernans,
Mitis ab alto
Culmine cœli,
A spice uota,
Crimina pelle,
Conser honestam
Ducere uitam:
Fac tua fiat
Sancta unluntas,
Alta beati
Gaudia coetus,
Visere præsta.
Duc ubi sancto
Nectaris usus
Vescitur omnis
Turba tuorum,
Sic tibi puro
Carmine laudes
CHRISTE canemus.

De Christo seruatore. Claud.

Christe potens rerum redeuntis conditor æui,
Cuox summi, sensusq; dei, quem fudit ab alta
Mente pater, tantiq; dedit consortia regni.
Impia tu nostræ domuisti crimina uite,
Passus corpore a mundum uestire figura,
Affariq; palam populos hominemq; fateri,
Quemq; utero inclusum Mariæ, mox numine uiiso
Virginei tumuere sinus, innuptaq; mater
Areano stupuit compleri uiscera partu,
Auctorem paritura sium, mortalia corda
Artificem texere poli, mundiq; repertor,
Pars fuit humani generis, latuitq; sub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem,
Et qui non spatijs terræ, non æquoris unda,
Nec capitur coelo, paruos confluxit in artus.
Quin & supplicij nomen, nexusq; subisti,
Vt nos subriperes leto, mortemq; fugares,
Morte tua, mox æthereas euectus in auras
Purgata repetens, letum te luce parentem
Augustum foucas, sessilis ut sepe diebus
Anua synceri celebret ieunia sacri.

Ad Christum precatio. Mycill.

Pse creator omnium.
Mortalium & uitientium
Qui pro reatu immoxius
Nostro dedisli sanguinem.

Et

Et corpus humanum tibi
 Sumpsiſti, ut essemus pares
 Tecum in tui regno patris
 Lucis coheredes nouæ.
 Da mitis obſecro deus
 Nec noſtra nos præceps ruant
 Commissa male, ſub tartara
 Vbi nos dolor, & perennis, &
 Cruciatuſ aeternuſ manet,
 Vbi perpetua mors imperat,
 Et dira regna poſſidet.

In psalmos. Philip.

Si qua dei tangit puram reuerentia mentem
 Et iusto Christi nomen honore colis
 Si quo res ē fonte fluunt, quod omnia numen.
 Et regit & ſeruat, cernere mente ſoles.
 Hæc puer illius ueneranda oracula diſce
 Ieffæ quondam quæ ſonuere fides,
 Illius ut Moſi per ſaxa gloria uifa eſt,
 Pauditur hoc etiam carmine, crede puer.

Pſalmi cxli. paraphraſis. Salm.

Lamans uoce mea Deum uocabo,
 Atq; affuſus humi precabor illum,
 Effundens etenim meas querelas,
 Exponam, quibus angas, opprimarq;
 Vrgentum ſtimulis moleſtiarum.
 Nam cum moſtitia grauatus eſsem,

E t me conficerem graui dolore,
N otum illi meum iter fuitq; & ista
I nsontem omnia pertulisse uidit.
A duersarius interim dolosus
A bscondit laqueum mihi, & latentes
I bam qua insidias uia tetendit,
I n patrem aspiciens modo hanc, modo illam,
S i qui essent propè, neminem uidebam
Q ui me agnosceret, aut iuuare uellet,
P roin clausum effugium mihi putabam,
C uræ cui mea uita cùm nec esset,
N ec qui assis faceret meos labores,
E rgo uociferans, fatebor in te
O mnem spem esse meam, atq; portionem,
V llam nec mi aliam inter esse uiuos,
C lamosæ deus obsecrationi
A ttendas, quoniam impotenter angor,
E t cùm uiribus antecedat hostis,
I nsultetq; ferociens minori,
E ius me eripe de manu trementem.
D uro è carcere, nexiliq; neruo
H anc educ animam malis onustam,
V t nomen celebret tuum canendo,
E t grates tibi debitas agendo,
I d si des mihi, nec sinas inultum,
I ustorum pia me corona cinget,
E t sese lateri canentis addet.

STIANAE, LIB. I.

75

Ad P. Crusellum, paraphrasis psalmi
cccvi. Duch.

Viris humanis nulla est ecclesia, talem

S olius Christi est ædificare domum.

Aedificatam autem nisi Christus seruet eandem,

I nnixa humanis corruet auxilijs.

Vanum, ac insanum est, Cruselli, abrumpere somnos,

Quàm reseret purum Lucifer ante diem.

Te quamvis curæq; catenatiq; labores,

A nxia te quamvis sollicitudo premat,

Ni fauor aut etiam cœlestis numinis aura

A spiret, sunt hæc omnia uana nimis.

Prost Christi sonnum, longamq; absentiam, habebunt

M ercedem hæredes, regna beata poli.

Hæredes sancto similes ardore sagittis,

Quæ Scythicis actæ uiribus astra petunt.

His uero satians mentemq; animumq; sagittis,

A eterni que sunt mystica uerba patris,

Hostil'cm insultum non formidauerit usquam,

Quum ueniet tenebris mors adoperta caput.

Ex psal. cxix. In æternum domine permanet uerbum tuum.

Præconinm diuini sermonis, ut ratus & uerus sit, quodq; cre-

denib; & expectantib; opem diuinitus, bonaq;

promisit deus, euenant impijs mala. Philip.

Sermo tuus nunquam pater occidit irritus, & non

S pem fallit mentis, destituit ue pie.

Nulla potest unquam tua dicta abolere uetus as

S ic durat uerbo condita terra tuo,

f 4 Quodq;

Quodq; indefesso cursu cœlum omne pererrat,
 Et sol formosum fertq; refertq; diem.
 Descripsere uices illi tua iussa, uiamq;
 Scruat enim uerbum, cuncta regitq; tuum.
 Penè ego crudeli modo eram hosti præda futurus,
 V itaq; in æternam noctem abitura fuit,
 Ni tua uox animam fugientem sola teneret,
 Quæ te adfirmat opem ferre solere pijs.
 Hæc me tela inter fidutia texit & enses
 Addidit, & uires hæc medicina nouas.
 Nulla tui nobis uenient obliuia uerbi.
 Nec meriti fugiet gratia uana tui.
 Et fidum miseris partum uerbum esse canemus.
 Nam sermone tuo reddita uita mihi est.
 Nos tua cura sumus, rerum pater optime, teq;
 Nos custode uno fidimus atq; duce.
 Cætera deficiunt nobis solatia, quare
 Nam uita defendat dextera queſo pater.
 Ecce tuum contra populum gens impia ferrum
 Strinxit, & aduersus te gerit arma deus.
 Sed uires hominum tua uincent dicta minasq;
 Cætera prætereunt, sed tua dicta manent.

De legis diuine, & sacrarum literarum
 maiestate. Salm.

Quanta maiestas, Deus alme, legis
 Sit tue, testis Theopompus olim,
 Vera confictis aliquando miscens,

S acra prophanis:

N empe dum quædā temere ille transfert

I n suos libros, plagiariusq;

S ancta suppilat monumenta patrum

A bramidarum:

M ox in autorem cadit ira uindex,

Qui graui mentem quatitur furore,

D onec agnoscat, ueniamq; culpa

F lagitet ultro.

T uq; diuinam Theodecte passus

A ntè uindictam percunte uisum,

Quòd modos texens tragicos, sacrис es

A usus abuti:

Quòd tuis nugis hagiographorum

D ia scriptorum, ac ueneranda sensa,

N on times miscere, repente dulces

P erdis ocellos.

N ec tibi uisus redijt prius, quam

S omnij spectris, monitus fuisses,

V t fatereris scelus, apprecatus

L umina reddi.

Quæ tibi clemens reparauit alti

A etheris rector facinus gementi,

H is sed exemplis facile erudimur,

Quid sit agendum.

S ancta nimirum temerare uanis

F abulis mysteria, idem uidetur,

f s Ac rosam

Acrosam urticæ, lolijsq; si quis
Lilia iungat.

In decalogum Philip. Melan.

Diuino præcepta puer si prodita ab ore
Et facies casto pectore iussa Dei.

Ipse pater uite cursum moderabitur omnem,
Nec fortuna tibi seu nocere potest.

Ex Esaiæ capite xlviij. Salm.

Hacc clamat resonans Esaiæ tuba,
Dum que grata deo sint sacra commonet.
Ipsos Abramidas, & quibus hostijs
Placari ille amet explicat.

Non ieunia, ait, uestra mihi placent
I sraéle sati, sc quibus opprimit
V nusquisq; die, sobrius arida
Afflitq; animam fame:

Nec sacci Cilicum, nec cineres pia
Aspersi capiti sunt mihi munera:
Pugno percutere, & ledere proximos
Vobis prona licentia est.

Hec sint que placeant o Solymi magis,
Præsis fasciculos soluite prægraues,
E uitæ dolos, nec studio impio
Lites neglecte litibus.

Panem frangite, si forte quis esurit,
Nec non uestra uagos ducite in atria:
Nudos contegite, & ne sit egenitum

O uobis

O uobis caro risui.

E cœlo dominus talia agentium

F ortunabit opus, lux & eis erit,

Q ualis manu nouo phosphorus igneis

E xurgens radijs nitet.

Numeri vj. precatio Philip.

O ptime Christe tuæ quæso benedicito turbæ,

A tq; inter uitæ seu pericla tege.

T e dabis ut cernat uere esse patremq; Deumq;

C certa uenit nobis, si miserere, salus,

P lacatumq; animum, uultusq; ostende paternos

P rospereaq; euenant cuncta fauore tuo.

De serpente penfili, quo Christus

figurabatur. Salm.

E ducti Isacida Niliaco solo,

E xuta implacidi compede principis,

E rrabant Arabum longa per aavia,

A c frugum steriles locos.

I llos orta lues cum miserabilis

A fflatu colubrorum exitio daret,

P assim tabificis corpora morsibus

L anguerent pereuntium:

D ux Moses subitis attonitus malis,

C œlo orauit opē, summa & in arbore

S uspendi colubrum iussit aheneum,

Q uo ægri lumina figerent,

M orsu quotquot erant exitiabili

T acti,

Tacti, anguem illum oculis uix bene pensilem
 S ignarant, miseris & cruciatibus
 I am præsens aderat quies.
 S erpens mirificis ille salutifer
 S anans leſa modis corpora, Christus est
 Qui morbos releuat suspicentium
 Sublimi trabe pendulus.
 Si quis tartareis pressus ab hostibus,
 Deplorata gerit pectore uulnera,
 Si quem flagitijs pernicialibus
 V itæ leſit iniquitas.
 S ursum lignum oculos tollat ad arduum,
 Promptam & speret opem credulus indidem,
 Illi, nulla mora, & de trabe lignea
 Expectata aderit salus.

Carmen de Epiphania domini.
 Prudent,

Q Vicunq; Christum queritis,
 O culos in altum tollite,
 Illic licebit uisere
 S ignum perennis gloriæ.
Hæc stella, que solis rotam
 V incit decore, ac lumine,
 Venisse terris nunciat
 C um carne terrestri deum.
N on illa seruit noctibus,
 S equuta lunam menstruam,

sed sola

S ed sola cœlum possidens,
C ursum dierum temperat.

A rcto a quamvis sydera
I n se retortis motibus
O bire nolint, attamen
P lerunq; sub nimbis latent.
H oc sydus æternum manet,
H æc stella nuncquam mergitur,
N ec nubis occursu abdita
O bumbrat obductam facem.

T ristis cometa intercidat,
E t si quod astrum Sirio
F eruet uapore, iam dei
S ub luce destructum cadat.

E n Persici ex orbis finu,
S ol unde sumit ianuam,
C ernunt periti interpretes
R egale uexillum Magi.
Q uod ut refusit, ceteri
C essere signorum globi,
N ec pulcher est ausus suam
C onferre flammam lucifer.

Q uis iste tantus, inquiunt,
R egnator, astris imperans,
Q uem sic tremunt coelestia,
C ui lux, & æthra inferuiunt
I llustre quiddam cernimus,

Quod

Quod nesciat finem pati,
Sublime, celsum, interminunt,
Antiquius coelo, & Chao.

Hic ille rex est gentium,
Populiq; rex Iudaici,
Promissus Abrahe patri,
Eiusq; in eum semini.
Aequanda nam stellis sua
Cognovit olim germina,
Primus sator credentium,
Nati immolator unici.

Iam flos subit Dauidicus
Radice Iessea editus,
Sceptriq; per uirgam uirens,
Rerum cacumen occupat.

Ex in sequuntur perciti
Fixis in altum uultibus,
Qua stella sulcum traxerat,
Clarumq; signabat uiam.

Sed uerticem pueri supra
Signum pependit imminens,
Pronaque submissum face
Caput sacratum prodidit.

Videre quod postquam Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq; uotis offerunt
Tonus, myrrham, & aurum regium
Agnosce

Agnosce clara insignia

Virtutis ac regni tui

Puer ô, cui trinam pater

Prædestinavit indolem.

Regem, deumq; adnunciant,

Thesaurus, & flagrans odor

Thuris Sabæi, ac myrrheus

Pauluis sepulchrum prædocet.

Hoc est sepulchrum quo Deus

Dum corpus extingui sinit,

Atq; id sepultum suscitat,

Mortis refregit carcerem.

O sola magnarum urbium

Maior Bethlem, cui contigit

Ducem saluis coelitus

Incorporatum gignere.

Altrice te summo patri

Hæres creator unicus,

Homo ex tonantis spiritu,

I demq; sub membris Deus.

Nunc & prophetis testibus,

Iisdemq; signatoribus,

Testator, & sator iubet

A dire regnum, & cernere.

Regnum quod ambit omnia

Via, & marina, & terrea

A solis ortu ad exitum,

Et tor

E ttartara, & cœlum supra,
A uidit tyrannus anxius
A desse regum principem,
Qui nomen Israël regat,
T encatq; David regiam.

E xclamat amens nuncio,
S uccessor instat, pellimur,
S atelles, id est, ferrum rape,
P erfunde cunas sanguine.
M as omnis infans occidat,
S crutare nutricum sinus,
I nterq; materna ubera
E nsem cruentet pusio.
S uspecta per Bethlem mihi
P uerperarum est omnium
F raus, nequa furtim subtrahat
P rolem uirilis indolis.

T ransfigit ergo carnifex
M ucrone destricto furens
E ffusa nuper corpora,
A nimasq; rimatur nouas.
L ocum minutis artibus
V ix interemptor inuenit,
Q uo plaga descendat patens,
I uguloq; maior pugio est
O barbarum spectaculum,
I nlisa ceruix cautibus

spargit

S pargit cerebrum lacteum,
O culosq; per uulnus uomit:
A ut in profundum palpitans,
M ersatur infans gurgitem,
C ui subter arctis faucibus,
S ingultat unda & halitus.

S alucte flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine
C hristi insecutor sustulit,
C eu turbo nascentes rosas.

V os prima Christi uictima,
G rex immolatorum tener,
A ram ante ipsam simplices
P alma, & coronis luditis.

Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem iuuat?
V nus tot inter funera
I mpune Christi tollitur.

I nter coœui sanguinis
F luenta, solus integer
F errum, quod orbabat nurus,
P artus fecellit virginis.

S ic stulta Pharaonis malo
E dicta quondam fugerat,
C hristi figuram præferens
M oses, receptor ciuium.
C autum & statutum iussrat,

Quo non liceret matribus.
Cum pondus alui absoluere,
Puerile pignus tollere.
Mens obstetricis sedulae
Pie in tyramnum contumax,
Ad spem potentis glorie
Furata scrutat parvulum.
Quem mox sacerdotem sibi
Assumpsit orbis conditor,
Per quem notatam saxeis
Legem tabellis traderet.
Licet ne Christum noscere
Tanti per exemplum uiri?
Dux ille cæso Aegyptio
Absoluit Israël iugo.
At nos subactos iugiter
Erroris imperio graui,
Dux noster hoste saucio
Mortis tenebras liberat.
Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in transitu
Repurgat undis dulcibus,
Lucis columnam preferens.
Hic praliante exercitu,
Pafsis in altum brachijs,
Sublimis Amalech promit
Crucis quod instar tunc fuit

Hic nempe Iesus uerior,
 Qui longa post dispendia,
 Victor suis tribulibus
 Promissa soluit iugera.
 Qui ter quaternas deniq;
 Resluentis amnis dueo
 Fundauit, et fixit petras,
 A postolorum stemmata.
 Ture ergo se Iude ducem
 Vidiisse testantur Magi,
 Cum facta prisorum ducum
 Christi figuram pinxerint.
 Hic rex piorum iudicum,
 Rex exere qui Iacob genus,
 Dominusq; rex ecclesie,
 Templi et nouelli, et pristini.
 Hunc posteri Effraim colunt,
 Hunc sancta Manasse domus,
 Omnesq; suspiciunt tribus
 Bissena fratrum semina.
 Quin et propago degener
 Ritum sequuta inconditum,
 Quaecunq; dirum feruidis
 Balal caminis coxerat.
 Fumosa auorum numina
 Saxum, metallum, stipitem,
 Resum, dolatum, sectile,

I n Christi honorem deserit.
Gaudente quicquid gentium est,
 Iudea, Roma, & Græcia,
 A egypte, Thrax, Persa, & Scytha,
 R ex unus omnes possidet,
Laudate uestrum principem,
 O mnes beati, ac perditi,
 Viui, imbecilli, ac mortui,
I am nemo posthac mortuus.

Quid paucis orandus deus.

T. Morus.

DA bona siue rogere deus, seu nulla rogere,
 E t procul à nobis mala queq; potentibus aufer
 E t mala siue petare nega, seu nulla petare.

Laudes Dei esse prædican-
 das. Salm.

Quis domini casto præconia prædicat ore,
 P uraq; conscientia?
Cantores quoniam tales desyderat, & qui
 T errestre nihil spirent graues,
Calcato at penitus uitæ mortalis amore
 A b axe solo pendeant,
Fiderenter, si quos tellus habet ulla uenite,
 C hristoq; gratulamini
De lemurum turbis, de fracto tartaro ouanti
 M ortisq; uictis nexibus:
Illi quandoquidem uestra illi grata futura est

Tales

Tales amanti, cantio.
 Sed nemo properat, nemo ad sacraria pergit,
 Premente culpa conscius.
 Quid faciendum igitur? nobis ne idcirco tacendum,
 Nec de loquendum numine?
 Insontes si te laudent modo summe redemptor,
 Mente & nitentes integra,
 Plurima desertis cernetur aranea phanis,
 Nec conueniet ecclesia,
 Ut tibi sancta canat festo modulamina ritu,
 Fibriacq; laxet supplices.
 Angustis igitur sint ne omnia muta facillis,
 Ne eu consilescat plebs tua:
 Da ueniam pater, & uitiorum pondus iniquum
 (Peccaisse namq; paenitct)
 Exonera, dioq; animos spiramine purgans,
 Hymno canendo idoneos
 Effice nos, nam quos tua cunq; charismata lustrant,
 Eos innocentes ducere,
 Et dignos, sua qui letis concentibus ora
 Laudes resoluant in tuas.

De diuite & Lazaro.
 Salm.

Quidam diuus erat murice lucido,
 Indutusq; togis corpora byssinis,
 Et coniuia magnis
 Crebro sumptibus apparans:

Eius pauper adit Lazarus atria,
 Ac uictum rogitans uestibulo se det
 Acerumnosus, & omni
 Ex parte ulceribus scatens,
 Contemptim famuli respiciunt fores
 Ante ipsas miserū, nec dape subleuant,
 Ast illi ulcera lingunt
 Certatim placidi canes.

Longo non ita post tempore contigit,
 Ut diues Barathri trusus ad infima
 Diro funere abiret,
 Altum at pauper ad aethera.

Cum diues medijs ignibus æstuans
 Sursum cerneret ad cœlicolū thronū,
 V idit Lazarum in Abrœ
 Sancto compositum sinu.

Tunc rumpens querula uoce silentium,
 I sthæc pauca refert: Mittere Lazarum
 Huc ad me ocyus, ero,
 Solatum genitor uelis:

Et diris quoniam torqueor ignibus,
 Atq; urgente siti siccus in ardeo,
 Fac gutta ille uel una
 Ut linguam mihi refrigeret.

Hæc sed Nachorides aspera retulit,
 Immanc est nimium te inter, & hunc chaos,
 Nec transire uicissim

Hinc

Hinc ad uos superis licet.

S ortis disparibus nunc rationibus,

E t uersa uice, fors omnia tristia,

R ursum Lazarus alto

G audet gaudia in aethere.

T u tantum esto memor, uita superfuit

D um concessa, toris te genialibus

O blestasse, sed altis

H unc fleuisse in opem malis.

Christiani hominis institutum. Eras. Ad Gal. v. ualeat in Christo
fides, quæ per dilectionem operatur.

F I D E S.

Credo. Primus articulus.

C onfitor patrem ore pio, uenerorq; fideli

C M ente deum patrem, uel mutu cuncta potentem.

H unc, qui stelligeri spatiofa uolumina cœli,

E t solidum omniparæ telluris condidit orbem.

Et in Iesum. II.

E lus item gnatum Iesum, cognomine Christum,

E quem dominum nobis agnoscimus ac ueneramus.

Qui conceptus. III.

H unc Maria afflatu diuini ruminis aluo

C oncepit uirgo, peperit purissima uirgo.

Passus sub Pontio IIII.

E T graue supplicium immeritus dannante Pilato

P ertulit, infami suffixus in arbore mortem

O ppetijs, tumulatus homo est, claususq; sepulchro,

I nterea penetrat populator ad infera regia.

Tertia die. V.

Mox ubi tertia lux mœsto se prompserat orbi,
Emergit tumulo, superas rediuius in auras.

Ascendit. VI.

Innde palam ætheream scandit sublimis in arcem,
Ilic iam dexter patri assidet omnipotenti.

Iterum uenturus est. VII.

Idem olim redditurus, ut omnem iudicet orbem,
Et uiuos pariter uitaq; ac lumine cassos.

Credo in spiritum sanctum. VIII.

Te quoq; credo fide simili sperabile numen
H alitus afflatusq; Dei sacer, omnia lustrans.

Sanctam ecclesiam. IX.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens
Christigena arcano nexu coit, omnis in unum
Corpus, et unanimis capitur, sociatur I E S V.
Hinc propitium nescit, sed habet communia cuncta.

Remissionem peccatorum. X.

Hoc equidem in cœtu sancto peccata remitti
C redo, uel ijs sacro fuerint qui fonte renati.
Vel qui diluerint ultro sua crimina fletu.

Carnis resurrectionem. XI.

Nec dubito, quin exanimata cadauera sursum
In uitam redeant, animas sortita priores.

Vitam æternam. XII.

Vtragi pars nostri corpusq; animusq; deinceps
Iuncta simul, uitam ducent sine fine perennem.

Sacra!

Sacramenta VII.

Hoc quoq; persuasum est ecclesia mystica septem
Munera dispensat, que sacramenta uocantur,
Hinc uarie dotes, & gratia plurima menti
Cœlitus inseritur, si quis modo sumpserit apte.

Ordo I.

Ordine nanq; sacro, confertur sacra potestas,
O ut fungare ministerijs, Christo auspice sanctis.

Matrimonium. II.

Mvnere coniugij nati hunc prodimus in orbem,
Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio mundi.

Baptismus. III.

Mvnere baptismi longe felicius ijdem (mnr.
Quā prius in te Christe renascimur, atq; noua,
 Confirmatio. IIII.

Deinde in amore Dei, nos confirmatio sacra
Constabilit, mentemq; invicto robore durat.

Eucharistia V.

Mysticus ille cibus (Graci dixere synaxin)
Qui panis uiniq; palam sub imagine Christum
Ipsum præsentem uerè exhibet, intima nostri
Viscera, cœlesti saginat, & educat esca,
Inq; deo reddit uegetos, & reddit adultos.

Poenitentia. VI.

Si quem forte deo capitalis reddidit hostem
Noxia, continuo metanea medebitur illi.
Restituet lapsum, resciissaq; foedera rursum
Sarciet, offensi placabit numinis iram

Commissi modo pénitent, pigeatq; nocentem,
I sq; uolens peragat prescripta piamina culpæ.

Vnatio. VII.

VNguinis extremi munus nos munit, et armat,
M igrantemq; animam per summa pericula, tuto
Transmittit patriæ, & superis commendat euntem.
Amor Dei.

Hec est indubitata fides, cui pectore certo
N ixus, amabo patrē super omnia cunctipotentē,
Qui me condideritq; & in hunc perduxerit orbem.
R ursus amore pari dominū complectar I E S V M,
Qui nos asseruit, pretioq; redemit amico.
S piritum item sanctum, qui me sine fine benigno
A fflatu souet atq; animu penetralia ditans
D otibus arcanis, uitali recreat aura.
A tq; hic ternio sanctus, & omni laude ferendus,
T oto ex corde mihi, tota de mente, supremis
V iribus, obsequio, meritoq; coletur honore
H unc unum reuerebor, & hoc semel omnis in uno
S pes mea figetur hoc omnia metiar uno,
H ic propter se se mihi semper amabitur unus.
P ost hunc haud alia ratione, ac nomine charus
I pse mihi fuero, nisi quatenus omnis in illum
I lle mei referatur amor, fontemq; reuusat.

Fuga Peccati.

Culpam præterea fugiam pro uiribus omnem,
P recipue capitale tamen uitauero crimen,
Quod necq; atq; ai inam letali uiulceret istu.

Superbia

Superbia, Inuidia, Ira.

NE fastu tumeam, ne uel liuore maligno
Torquear, aut bili rapiar feruente, cauebo.
 Gula, Luxuria, Pigritia.

NE uel spurca Libido, uel in satiabilis aliis
Imperet, enitar, ne turpis inertia uincat.
 Avaricia.

NE nunquam saturanda fames me uexet habendi
Plus satis ut cupiam fallacis munera mundi.
 Fuga malorum hominum.

IMproba pestiferi fugiam commertia cœtus
Omnia summo animi conatu, proq; uirili.
 Studium pietatis.

ATq; huc incumbam neruis ac pectore toto,
Vt magis atq; magis superet mihi gratia uirtus,
Augeatq; piae diuina scientia menti.
 Oratio.

ORabo, sup erosq; precum libamine puro
Placare adnitar, cum tempore sedulus omni,
Tum uero eximie, quoties lux festa recurrent.
 Frugalitas uicius.

FRugales epulae semper, mensaq; placebit
Sobria mundities, & auari nescia luxus.
 Ieiunium.

SErubo reuerens, quoties ieiunia nobis
Indicit certis ecclesia sancta diebus.
 Mentis custodia.

SAnta uti sint mihi secretæ penetralia mentis.
Ne quid eo subeat sœdum ue nocens ue studebo.
 Lingua

Linguae custodia.

NE temere iuret, ne unquam mendacia promet,
Turpia ne dictu dicat mea lingua, cauebo.

Manus custodia.

AFurto cohibebo manus, nec ad ulla minuta
AV ifcatos mittam digitos, & si quid ademptum
Cuiquam erit, id domino properabo reddere iusto.

Restitutio rei forte repertæ.

ID quoq; restituam, si quid mihi forte repertum est
Mc pones haud patiar prudens aliena morari.

Amor Proximi.

NEc secus atq; mihi sum charus, amabitur omnis
Proximus est autem (ni fallor) proximus ille.
Quisquis homo est, ac sic ut amor referatur amici
In C H R I S T V M, uitamq; piam, uerâq; salutem.
Huic igitur facit quoties opus, atq; necesse
Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo,
Vt mihi succurri cupiam si forsitan egerem.
Id tamen in primis præstabo utriq; parenti,
Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbe,
Tum præceptor, qui me erudit, instituitq;
Morigerus fuero, ac merito reuerebor honore,
At rursusq; dulcisq; scholæ, studijq; sodales
Semper(uti par est) sincero amplectar honore.

Affidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in illum,
Protinus enitar, pura ut confessio lapsum
Erigat, ac iusta tergatur noxia poena.

Sumptio

Sumptio corporis Christi in vita.

A ST ubi sacrati me ad corporis atq; crux
C oelestes epulas pietasq; dicsq; uocabit
I llotis manibus metuens accedere, pectus
A nte meum, quanta cura, studioq; licebit
P urgabo maculis, uirtutum ornabo nitelis.
 Morbus.

P Orro ubi fatalis iam terminus ingruit æui,
E xtremamq; diem iam morbus adesse monebit,
M ature sacramentis me armare studebo,
A tq; his muneribus, quæ ecclesia sancta ministrat
C hristigenis, reteget confessio crimina uitæ
S acrifico, sumam C H R I S T I uenerabile corpus
 Mors.

Q uod si uicina propius discrimina mortis
V regbunt, supplex accersam qui mihi rite
O blinat, ac signet sacro ceromate corpus,
A tq; his præsidij armatus, sic uti dignum est.
C hristicola, forti ac fidenti pectore, uita
D ecedant, bonitate dei super omnia fretus.

De diuino Ioanne baptista Luc.
 primo. Salm.

Ecce pelliti stata sacra uatis
R ite conuerso recoluntur anno,
I gnibus plebes hilarata festis
 Compita lustrat.
M ore solenni sibi quisq; cingit
F lorea crines nitidos corona,

Ducit

D uicit ex letas celeri per artem
Orbe choreas.

N untius summi uolucr Tonantis
Quippe prædictit Gabriel futurum,
V ate ut exultent oriente multi

Lucis in oras.

I am parens annos steriles uterq;
E gerant, rara pietate iusti,
S pes super seris fuerat nec ulla
P rolis habenda:

C um dei iussu ueniens olymbo
A liger, spondet sobolem seni, qui
F orte tunc aris patrijs Sabæa
T hura cremabat.

C redidit sed nil senior ministro
R egis æterni, fieri potis fit
Q uo modo id quærens, subito loquela
P erdidit usum.

I nterim magni genitrix Iesu
V isitat cognatam uterum ferentem,
G audio exultans puer ipse in alio
C hriston adorat.

E ditus uix dum fuerat, parenti
R edditur muto sua uox, canuntur
O re presago redditura fausti
Secula regni.

H inc puer uaste latebras eremis

Utrum,

STIANAE, LIB I.

xx.

I ntrat, insanos fugitans honores,
M elle sylvestri, fluu q; sola

P ascitur unda.

R egna colorum bibulis arenis

P rædicans, uillis amicitur hirtis,

I nq; spem uitæ melioris omnes

F lumine tingit.

N ota Iordanis uada dum frequentat,

L ustrat & plebem docilem liquore,

E ius est dextra quoq; lotus ingens

A etheris autor.

Quod tuum carpit, Galilea, uoce

L ibera regem, thalamisq; iunctam

F ratris abduci uiolenter esse

C lamat iniquum.

T ruditur sœdi tenebras in atras

C arceris, mox huic precibus puelle

R egie collum secuit cruentus.

E nse satelles.

C hristus hunc præfert alijs prophetis,

N eminemq; ipso genitum fatetur

E sse maiorem, mulier uiro quene

P lena tulisset.

S it patri, nato pariterq; sacro

F lamini æternum decus, & potestas;

T antus est: quorum datus iste terris

M unere uates.

De Herode & Herodiade.

T. Mor.

Coram Herode Herodiadis dum filia saltat,
 Dum quo debuerat displicuisse placet,
 Ebrius affectu rex coniugis, ebrius illo
 Fortuna luxu, pretereaque mero
 Opta ait o uirgo, dabitur, iuramus, huius
 D imidum regni poscere si libeat.
Impia suggestu sceleratae filia matris.
 Inquit, Baptiste da precor ergo caput:
 Dona petis uirgo (si saltatrix uirgo est)
 Que uix sustineas cernere dona petis.
 O funesta parens, o natæ dira nouerca.
 S altare, atque homines quam ingulare, doces
 R ex dolet, & tristis concedit, nempe coactus
 I uris iurandi religione sui
 O regem fidum, sed tunc tantummodo fidum,
 Maius perfidia est quum scelus, ipsa fides.
 De domi petri uinculis solutis
 Salmo.

Fratrem Ioannis gladio necarat
 Sæuus Herodes, laqueisque Petrum,
 Ut satis plebi faceret cruentæ,
 Vincerat artis,
 Cum dies essent, quibus Azymorum
 Pascitur panum recutitus esu,
 Publicè plecti neque Petrus illo
 Tempore posset.

Definiebat

STIANAE, LIB. I.

113

Detinebatur tenebris in atris,
Militum cinctus numero frequenti,
A zymis hinc quò propera peractis
Morte periret.

Interim cœlo ueniens ab alto
Nocte iam multa domini minister
Alipes, uerbis grauidum sopore
Excit amicis.

Surge age ô, dixit, Petre surge, uestes
Indue, & suris caligas repone:
Me ducem ut pugnans nihil, hæsitans ue
Inde sequare.

Hæc uidebantur noua spectra diuino,
Clara lux intus subito resulxit,
Atq; cesserunt tenebre, & tremendus
Carceris horror.

Corruuit custos tremefactus omnis,
Cardine emoti patuere postes,
Eius è palmis cecidere dure
S ponte catenæ.

Premium gressu uolucrem secutus,
Ferrea euasit loca tetra porta:
Sospitem in uico stupuitq; sese
N omine recto.

Mox ubi ad sese rediens profatur:
Nunc Christi famulum affuisse,
Qui me ab Herodis feritate sancto
Numine texit.

Quiq; frustratus Solymos, & urbem,

Morte ab instanti me inopinus aufert.

Liberatori tibi Christe sit salus

O mne per æcum.

Ad Christianos. Borb.

Vos cœlestis amor, quos optima numina tangunt,

Syncera Christum semper adite prece:

Credite, si quid opis petitis, nihil ille negabit,

Credite, eo in solo uita beata sita est.

Et per eum ad patrem accessū nos semper habemus,

Nobis cum & pacis spiritus arra manet.

Vitæ puritati studendum. Salm.

Cum sit dulce deo placensq; sacrum

Non macratio cruda uictimarum,

Non fuisus uituli crux, uel agni

Viuo in cespite, thusculi uel usci

Fundens Arabios accerra fumos,

Laudum at redditio frequens, et hymnus,

Nec non actio crebra gratiarum,

Et morum integritas, nitorq; uite,

Affectusq; animo pio profectus

Rerum erga dominū, omniumq; plastem.

Quo, queso, ruitis furore adacti

Mortales? agitis quid haec incepta,

Que nec ethnica gens patrauit olim?

Votis friuola neclitisq; uota

Ad diuum simulachra eburneorum,

Ritas

R itus nescio quos secuti amiles.
F ormari deus ætheris supremi
H umanis digitis nequit, nec urget
C œlo effugier, atq; penicillo,
S calpi marmore, uel colore pingui,
N ec facto manibus sedere templo,
S i saltem Stephani audienda uox est,
S ed gaudet mage mentibus bonorum,
S ecessuq; animi sibi dicati,
Q uam templis habitare marmoratis.
E st accommoda (non negamus) ædes
C ogendis sacra coetibus piorum,
I psi laudibus & Deo canendis,
S uggestu, & quoties gregatæ ab alto
S ancta est contio factitanda plebi,
A tq; Euangelium palam explicandum.
A t si quis putet æde sumptuosa,
A uri pondere, dentibus uel Indis,
A ut fabra statuis manu dolatis
T am gaudere Deum, & perinde flecti,
A c uirtutibus, innocentiaq;
L ongè fallitur, & uia (quod aitunt)
T ota errat. Quoniam dei uoluntas
H umanis nisi mentibus reposta est,
V t gratissima, singularis intus
N i dilectio proximi calescat,
F rustra, frustra ad eamus alta templa,

S acratis statuas colamus aris,
 P anchea & digitis tribus minutim
 P leno thuscula uasculo friemus,
 A ccensisq; crememus omne flammis
 O dorum genus, ac fragrantiarum.
 N amq; est dulce deo placensq; sacrum
 L audum redditio, frequens & hymnus,
 E t noxis nihil inquinata uita.
 H æc qui ædem intulit in sacram, litauit.

De Christianis. Ex apolo T er-
 tall. Barb.

S emisses homines prius uocati
 F oedo nomine & impio fuerunt
 S armentaria secta Christiani,
 S æuæ tanta lues iniquitatis,
 T anta Roma fuit malignitate,
 V t prosternere membra pullulantis
 D iuinæ fidei, labore multo
 S udaret, rapidis iniqua flammis.
 I llus ira dedit, crucis tremendæ
 M ultos supplicio, furens procella
 P lures obruit equoris profundis
 A t nil profuit improbis fideleis
 A dfecisse malis, caput superbum
 C onstatura fides, probata, firma,
 T ollit, subleuat, erigit, triumphat.

Ad uerbi

Ad uerbi diuini concionatores, Salm.

OSacerdotes quibus incruenta
Victima offertur Triadi colenda,
Qui salutari populum fidelem
Pascitis esca.

Vos supergressi pietate cedros,
Quae iugis alti Libani uirescunt,
Creditas Christi pecudes salubri
Fruge fouetis.

Alma facundo reseratis ore
Verba domini placiti, sacrasq;
Panditis leges, quibus ipsa cœli
Intur ad astra.

Inter ut stellas roseus minorcs
Lucifer fulget radijs coruscis,
Primulum aurora tenebras fugante
Noctis opacas.

Sic honestorum probitate morum
Cæteros omnes supereminetis,
Ponte præbentes fitienti ouili
Flumina largo.

Quae sitim extinguit anime bibacis,
Porta, & in uitam saliunt perennem,
Vnde ab actæis merito uocantur
Nomine nectar.

Pendet à uestro studiosa nutu
Turba, deposcens alimenta uerbi,

Ne pio intenti & uigiles labori

P arcite, quæso

Vos manet cœlo rutilo ferenda

Texta odoratis uiolis corona,

Quæ nihil marcens senio, per omne

F loreat æuum.

Quam pedes pulchri Dominū canentium?

Et propagantum documenta uite

Saccharo albenti magis & Sicano.

D ulcia melle?

Hisce pax latis animis fouetur,

Hisce mens festa fruitur quiete,

Sternitur nec non iter ad futuram

M olle salutem.

Fidei Christianæ egregia descriptio. Borb.

B Graeco suo.

Inconcussa fides cœlum morientibus offert,

Scilicet est in nobis opus illa dei.

Ex Diu Paulo, de carne & spiritu.

Borb.

Es t caro spiritui contraria, spiritus illi,

Conueniunt nunquam spiritus atq; caro.

In Dominicam precem. Meditatio ualde pia &
Christianæ. Bigis.

Quid rogo siderei potui dominator olympi.,

In natum recipi promeruisse tuum?

Cur scruum tanto rex dignareris honore?

scrutari

S crutari humana quis ratione queat
C um referas te summa citi colere atria mundi
I nnuis, ut tantum dona superna petam.
S cilicet astrorum dominum terrena rogarim,
Q uæ plerumq; hominem præcipitare solent:
S ed qua spe, aut quali cœlestia fronte precari
A usim de fragili uas ego uile luto?
E uhoe certa mihi datur hinc fiducia, cùm te
O mnibus esse patris confiteare loco.
P ræcipuis igitur petimus super omnia uotis,
V t tuus in cunctis semper ametur honos:
N am si res aliqua ipsarum bonitate creatas
D iligimus, poteris cui satis ipse colis
I psa etenim es bonitas, & ut optimus ipse creasti
C uncta bona, & durent in bonitate facis.
E rgo nihil tua respiciens opera, ut tibi nullo
D ebita reddatur gloria fine precor
Quodiq; mea interfit, me dirige, qua tibi maior
C reseat bonus, uel si me styga adire uelis.
N il queror, en adsum, licet id me duriter angat,
Q uod te in tartaro carcere nullus amat.
C um tamen eternum tota ui mentis in euum
S it desiderium te coluisse meum.
S ic tua sepe homines clementia fundat in omnes,
C urrat & ad ueram gens aliena fidem,
I amiq; tuum mandans regnum aduentare flagellis
P arce per iniuste signa uerenda crucis.

Quod si malueris poena affecisse nocentes,

Quod placet hic supera sicut in arce iube.

Nam si uno angelicæ grauiter occidere ceteruæ

Flagitio è summis ima sub antra polis,

Dedecet an scelerum plenos, dignosq; sub orco

Supplicio, hic aliquod nos subiisse malum?

Perde pecus, subuerte casas, atq; obrue natos,

Viuaq; fac scateant corpora uermiculis,

Laudari te malo mea ob dispendia, quam quis

In requie tantum murmurct esse recum.

Vt prius ergo tuos optauit gratus honores,

Fas ita sit nostrum dehinc cupiisse bonum.

Non ego diuitias Croesi, non robur Achillis

Pasco, nec Aonijs congrua plectra sonis.

Da precor, ut liceat, qui uiuus ab æthere fulsit

Perpetuo nobis tempore pane frui,

O hominum tandem fœlicia pabula, quando est

Huius ab aduentu nostra renata salus.

Cuncta prius densis furciant immersa tenebris,

Optatum nobis attulit iste iubar.

Cumq; suo tunc pane carens humanus obiret

Spiritus, eternos nunc habet inde dies.

Hunc mandet, uesci quicunq; salubriter optat,

Non secus ac animo præmeditante crucem

Vtq; salutari bene digerat ordine, plangat

Corde sui opprobrijs compatiens ducis.

Eius ex exemplo (quod perficit omnia) uitam

Transfigat

T ransigat, & lata non amet ire via.
 Q uod ne delictis cunctanter agamus honesti,
 C rimina nostra tuo sanguine Christe lauda.
 H eu quoties luxu, quam sepe cupidine fame
 Quam misere lessi te pede, uoce, manu.
 S ed quotus est dolor inde tamē meus? obsecro, mecum
 M ortis agas recolens premia sola tuae
 N os etiam rabidis ueniam damus hostibus, & ne
 Quam cupiunt, renuas ferre rogamus opem.
 Q uod reliquum est, concede simul, ne carnis amore
 S eu mundi, incepsum destituamus iter.
 A uafroq; rudes erebi Ioue protege sensus.
 M e q; prius uiuam quam male, queso neca.

Ad doinum Stephanum Prothomartyrem, Salm.

V NE de septem eximijs ministris,
 Q ui cibos sanctis uiduis parabant,
 D eq; communi stipe suggestabant
 F ercul'a mensis,
 A nte collegas animosus omnes,
 S piritu uocem stimulante sancto
 E xeris, Christi domini deiq;
 N umina fassus.
 A ngeli falsit retulantis instar
 T um tua illustri facies colore,
 M ane uel qualis rubicunda claro.
 S tella Diones.

T urba Scribarum furijs adacta,
E t sacerdotum proceres, & omnis
V rbis Hebræe populus minantur

F unius acerbum.

V inctus in latum, mora nulla, campum
D uceris, muros Solyme urbis extra,

S eruat exutas iuuenisq; Saulus
N omine uestes.

S axeo fontum lapidatus imbri,
B ile certatim rabida furentum,
S tas, ut iniictus pugil, in patentis
A equore campi.

A ureum hinc uertens oculos ad axem,
P atris ad dextram Dominum intueris,
O bsecrasq; illum pius, ut cohorti

P arcat inique.

O brutus iactu lapidum fragoso,
S piritum & iam iam positurus oras,
I n suam ut lucem miserans Iesus

T ransferat illum.

H æ preces uix dum fuerant peractæ,
C ùm foris summi patescata olympi
S piritum admisit uolucrem, perenni

L uce beandum.

M agne certator, fidei q; proto/
M artyr, impostum tibi nomen aptum est
C œlitus, Graio Stephanus coronam

Numine

Nomine signat.

Compos & primæ merito corona
Factus, audacter præiens in hostes,
Quoq; pergendum famulis Iesu

Tramite monstrans.

Sint ut affecti grauiore quidam
Forsitan poena, tamen indicasti
Ipse qua primus ratione palma

Possit haberi.

Expostulatio Iesu cum homine suapte culpa
 percunente. Eraf.

Cum mihi sint uni bona, quæ uel frondea tellus,
 vel olympus ingens continet,
Dicite mortales, quæ uos dementia cepit?

Hæc aucupari ut undeuis

Malitis, quam de proprio deposita fonte,
 A deo benigno, & obuio?

Mendacesq; iuuet trepido, miseroq; tumultu
 Vmbras bonorum persequi?

Pauci me, qui sum uera largitor & auctor
 Felicitatis, expetant?

Forma rapit multos, me nil formosius usquam est,
 Formam ardet hanc nemo tamen.

Suspiciunt ceras, antiquaq; stemmata multi.
 At me quid est illustrius?

Vt qui sim genitore deo deus ipse prosector,
 Genitrice natus uirgine.

Vnde sit, ut mecum uix gestiat unus & alter

Affinitatem iungere?

Maximus ille ego sum coeliq; soliq; monarcha,

S eruire nobis cur pudet?

D ues item, & facilis dare magna, et multa roganti.

R ogari amo, nemo rogat

S umq; uocorq; patris summi sapientia, nemo

M e consultit mortalium.

I pse ego sum etherei splendorq; decusq; parentis,

M e nemo stupet, aut suspicit

S um firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,

M e pariter, ac meas opes.

C andidus atq; lubens charis impertio, nemo hanc

A mbit necessitudinem

S um uia qua Sola coeli itur ad astra, tamen me

T erit uiator infrequens.

C ur tandem ignorarum dubitat mihi credere uulgas.

A eterna cum sim ueritas?

P ollicitis cur stulte meis diffidere perstass?

C um sit nihil fidelius?

A utor ad haec uite quum sim unicus, ipsaq; uita.

C ur sordeo mortalibus?

L ux ego sum, cur hoc uertunt sua lumina pauci?

D ux, cur grauantur insequi?

V iuendi recte certissima regula solus,

A liunde formas cur petunt?

I pse ego sum solus uera, & sine felle uoluptas,

Quid

Quid est quod ita fastidior?

Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri

Cur edaces pectoris?

Si beneficia truccs etiam meminere leones,

Reseruntq; beluae uicem,

Respondere feri merito didicere dracones,

Si meminit offitiij canis,

Si redamant aquilæ, redamant delphines amantem,

Cur efféracior feris?

Me me non redamas homo? cui semel omnia feci,

Quem condidi, quem sanguine

Asserui proprio, propriaq; à morte recepi

Dispendio uite uolens.

Si bos agnoscit dominum, si brutus asellus

Agnoscit altorem suum.

Cur me solus homo male gratus, nosse recusat?

Et conditorem, & uindicem?

Vnus ego hic tibi sum cunctorum summa bonorum?

Quid est quod extra me petas?

Quorsum distraheris per tot dispendia grassans

Laboriosa inertia?

Sum placabilis, & pronus misericordia, quin hoc

Miser ad asylum configis?

Idem iustus & implacabilis ultor iniqui,

Cur non times offendere?

Corpus ego, atq; animum nutu sub tartara mitto,

Nostri nictus uix ullum habet.

Proinde

P roinde mei desertor homo secordia si te

A dducet in mortem tuam,

P reteritum nihil est, in me ne reiice culpam,

M alorum es ipse autor tibi.

N am quid adhuc supereft: si te neq; prouocat ardens

S uicq; prodiga charitas,

O bis marmoreum peccatum, neq; mitigat unquam

A deo perfusa benignitas,

S i neq; tantarum uel spes certissima rerum

E xpergescit, & allicit.

S i neq; tartareo cohibet formido gehennae,

N ec ullus admonet pudor.

I immo si duravit magis hec, adduntq; stuporem,

T am multa, tanq; insignia,

V t facile immanescq; feras, chalybemq; petramq;

R igore uicto molliant.

Q uid faciat pietas, quibus artibus abstrahat ultro

D euota mori pectora?

I nuitum seruare, nec est mentis, puto, sane,

E t patria prohibet aequitas.

ACTII SYNCERI SANNAZARII

de morte Christi Domini ad mortales lamentatio.

S i quando, magnum mirati surgere Solem

S o ceano, & toto flamas diffundere cœlo,

C ertatimq; suo terras ambire meatu

N octiuagam Phœben præcinctam cornibus aureis,

A eternosq; astrorum igneis, cœliq; micanteis

Scintillare

Scintillare oculos, aliquem dare iura putastis,
 Atque polo regnare hominum, rerumque parentem,
 Cui mare, cui tellus, cui pareat arduus aether,
 Cuncta supercilium qui temperet, hunc simul aegri
 Mortales (si uestra dolor præcordia tangit)
 Adspicite immitti trajectum pectora ferro,
 Pectora, foedatasque manus, perfusaque tabo
 Ora, cruentatumque caput, criminisque reuulsos,
 Adspicite, et plenos lachrymarum fundite riuos.
 Hec scelus, heu crudele nefas, iacet altus olympi
 Rector, et amissio torpent elementa magistro.
 Quin etiam uacuum adsueto sine pondere coelum
 Nutat, et ipsa suum querunt solia aurea regem.
 Quem diuersa procul seuo cum crimine tellus
 Ignotum populis caput, et miserabile corpus
 Suslinet, exangueisque simu complectitur artus
 Et tremefacta, graucis testatur murmure questus.
 Testatur Sol ipse suum sub nube dolorem
 Iam latitans, atraque notans ferrugine frontem.
 Tu quoque deformisque genas, pallentiaque ora
 Contegis, inferiasque tuo das Luna Tonanti,
 Auratum flauo tondens de uertice crinem,
 Et lachrimas uida fundens in nocte tepenteis.
 Nec minus abruptis fama est exisse sepulchris,
 Perque vias errasse nouis simulachra figuris,
 Excitasque umbras, medias ululasse per urbeis
 Sub noctem, et notos questu impleuisse penateis.

Quid

Quid? non & pelagi rabies ad tollere fluctus
 Immaneis uisa est: monteisq; euoluere aquarum,
 Dicetura urbeis, terrasq; haustura profundo?
 Cum simul & caput undisonis emersus ab antris
 Aeruleus triton rauco super aquora cornu
 Constrepere, nauitasq; horrenda uoce moneret,
 Naturæ cecidisse patrem, regemq; deumq;.
 Hæne manus uastri iunxerunt foedera mundi?
 Harū opus est, quodcunq; iacet, quodcūq; mouetur?
 Quicquid ubiq; parens rerum Natura gubernat,
 Frugiferens tellus, scutumq; animantibus æquor,
 Vitalisq; aér, atq; ignibus æthra coruscis?
 Et nunc (prob facinus quantum potuere nocentum
 Faligilia) immisxis dant peruvia uulnera clavis,
 Luenteisq; atro foedavit squallore lacertos.
 Hu caput indignum spinis, uenerandaq; coelo,
 Et toties clara stellarum impexa corona
 Cæsaries, heu pectus hians, conuulsaq; dira
 Barba manu, tunsiq; artus, & frigida membra.
 Vos ne pedes coelum premere, et uaga sydera sueti,
 Fulgenteisq; domos superum, sublimia tecta,
 Tam seuia immaneis perpepsi cupidis ictus,
 Et terram, & duras sparsistis sanguine cauteis?
 Nec trepidat mens cæca hominum? que tanta tenaci
 Durities in corde riget? num nigra uidetis
 Tartara, tot claris hominum uiduata tropheis,
 Desertasq; in nocte domos, & tristia regna?

Felicitatis

F eliceisq; animas letum Pæana cauenteis
 P one sequi regem, & cœlo incedisse serenos
 Q uid si non tantos subiijset sponte labores,
 H umanamq; sua pensasset morte salutem
 I lle sator rerum, & summi mens certa parentis,
 Q ui nutu ingenteis mundi moderatur habenass?
 V t tandem intactos picea Phlegethontis ab unda
 P ost obitum æterne donaret munere lucis,
 I n partemq; suorum operum, regniq; uocaret:
 T antus amor generis seruandi, & gloria nostri.
 Q uare agite, ex animis mortales pellite uestris,
 S i quid adhuc manet antiqua de sorde relictum,
 M endaceisq; deos, & detestanda priorum
 S acra profanatis tandem detrudite ab aris.
 I mbuat effuso terram nec sanguine taurus,
 N ec miser ille sue diuulsus ab ubere matris
 I gnotos agnus balet super hostia cultros.
 V iuat ouis, uiuat quicquid sub sole creatum est.
 M entem, animumq; deo, non thura, aut exta parate:
 H as illi pecudum fibras, hæc redditæ dona.
 C ernitis, ut primum flectat caput: ut pia pandat
 B rachia: & ingratas uocet ad sua uulnera genteis
 O blitasq; uie moneat meminisse relictae,
 S cilicet amplexus non reiecturus amicos?
 A tuos obtusas ignari auertitis aureis,
 I nfelix genus, & saeu ludibria mortis,
 N ec, quanta à tergo iam instent tormenta, uidetis.

i Tempus

Tempus erit, cum uestra illum commissa notantem,
 M ultatemq; rcos, altaq; in nube sedentem
 A dfficietis: & horrenteis tremor oppimet artus.
 Nec iam ferre oculos flamarum ardore coruscos,
 A ut timidos acic uultus contendere contrâ
 A udebit quisquam sibi conscius. Ibit in igneis
 T urba nocens, sonorisq; exoluct corpore poenas.
 P allenteisq; eternum amneis, uastasq; lacunas
 C ocyti colet, & furias horrescit hianteis,
 A tq; animum monitis non intendisse pigebit.
 T unc uos exactæ capient mala tedia uitæ
 E xperteis cœli, atq; auræ sub nocte profunda,
 I nq; caput trifidos nequicquam optabitis igneis,
 E t frustra erectas tolletis ad æthera palmas.
 Quos superum coetus, & fortunata piorum
 A gmina uix lachrymis poterunt spectare retentis,
 I nuidæ stimulis, dirisq; ultricibus actos.
 E rgo uitaleis miseri dum carpitis auras,
 D um compos mens ipsa sui est, dum certa facultas,
 D um ratio, tempusq; simunt, simul ite frequentes,
 I te pi, ueniam factis exposcite uestris,
 I te animos purgat, Orciq; inhibete rapinas:
 E t tandem patrio mentem conuertite cœlo.
 S ic rex ille hominum uacui spoliator Auerni,
 O blitus scelerum, cognatae stirpis amore,
 P romissiq; memor, menteis intrabit amicas.
 V estraq; posthabitis recolet precordia templis.

Postq;

Poſtq; tot exhaustos uitęq; obitusq; labores,
 I llo quo pluias, quo pellit nubila uultu
 A blutos labe excipiet, laetusq; reponet
 S ydereos inter proceres, sanctumq; Senatum,
 Sub pedibusq; dabit stellantia cernere clauſtra.

In Christo omnis salus.

Borbon.

Cur homo te letum formidine terret inani?
Quod nemo effugiet, cur id inepte paues?
Si Christum ex animo credis tot uulnera passum,
 Tot flagra, tot colaphos, probra, necemq; crucis,
Hec etenim Christus tulit ipse ut uiuere posses,
 Ut tua mens ueteri libera lege foret.)
O homo, si ex animo credis solum esse salutem
 S pemq; tuam Christus, iustitiamq; tuam,
Cur fugis optandam lucem, certamq; quietem?
 Quam qui promisit, omnia solus habet?
Cur adeo mundi huius opes miraris et umbras?
 Teq; cui demens exoculauit amor?
Hec mors nil aliud quam ueræ ianua uitę,
 Interitus carnis, finis amanda mali:
Felices anime, membra et felicia, gaudent
 Coniungi capiti principioq; suo.
Cur igitur nunc te piget isto corpore solui,
 A eternum ut uiuas hem quid inepte paues?

i 2 De mar/

De Martyribus & tyrannis, qui eos
cruciauerunt. Salm.

Dura qui causa fidei tulistis,
Iussa sphenentes furiosa Regum,
Vos ad infantes statuas, & era
 Muta vocantum,
Queis fuit pluris pietas, salusq;
Pluris eterni monitus magistri,
Quam facultates fragiles, & huius
 Gaudia uitæ,
Fine cum Christus ueniet dicrum,
Aequus ut iudex hominum acta tandem
 A estimet, fructus meritos & uni
 C uiq; rependat,
Stabitis contra pauidos tyrannos
Mente constanti, & minitante uultu,
Qui mala uestros rapuere saui
 B ile labores,
Tunc enim pressi horribili timore,
Et statu rerum subito stupentes,
Ingement moesti, & grauium labescent
 M ole dolorum.
Rifimus ne istos aliquando, dicent,
Ante cum starent timidi tribunal?
Vitam eorundem reputauimus ne
 E sse furorem?
Qui uidabantur sine honore nobis,

En

En dei Natos numerantur inter,

Sors & illorum rutilo perennis

F loret olympos.

Profuit nobis quid opes habere?

Quid magistratus gerere eminentes?

Quid ue corras i mala uis auaris

C ontulit auri?

Quid uel illectans animos uoluptas?

Vel latus cinctum comitum cateruis?

Vel metum uulgo incutiens corusco

E nse satelles?

Hec repentina periere casu,

Ceu solet pruna moriente fumus,

Queq; Ithureo uolat acta cornus

P arthica neruo.

Iudices frustra haec miseri querentur

Fata post fundo Barathri sepulti,

Martyrum quod se roseo impiarint

S anguine fontes.

Sera damnatis nimis at querela

Tunc nihil poenas relevabit acres

Flentibus longum furias peracti

N equiter cui.

Benedictio mensae. Philip.

His epulis donisq; tuis benedicite Christe

Vt soueant iussu corpora fessa tuo

Non alit in fragili panis modo corpore uitam,

Sermo tuus uita tempora longa facit.

Consecratio Mensæ. Borb.

O Deus appositis adponendisq; precamur.

E t nobis placido numine dexter, ades.

Gratia. Borb.

Vas agimus Grates læta pater accipe fronte,

Qui nobis larga das alimenta manu.

T e colimus, te rex ueneramur maxime regum,

Gloria quem solum, quem decet omnis bonos.

De sacra Eucharistia. Salm.

Ratias princeps tibi sempiterne

Ghisce pro donis agimus libenter,

Quando cœlestis pretiosa uitæ

A zyma præbes.

Ergo mortalis, scelerumq; cœno

O blitus, corpus Domini uerendum

S umit, eiusdemq; fruitur sacro

Sanguine felix?

Charitas nulla memoranda lingua,

S e poli nobis dominator offert,

N il quod humanæ daret ille genti

M aius habebat.

E xprimens omnis generis saporem

M anna desertis Arabum fluebat,

M iſſe & Hebreos aluere quandam

Cœlitus æscæ.

I nclyti Mosis feriente uirga,

V itreos fundit latices crepido

Scrupea,

S crucea, illimis aquulis silexq;

T acta scaturit.

I am datur cunctis ciuibus angelorum,

P otus & presens scelera expiare,

Qui quidem fluxit Crucis è trabali

S tipite sanguis.

C æterum Hebrei dapibus superne

N auseant missis, saturiq; uoces

I mpias iactant, inopina sed mox

V itio sævit.

P roinde nos omni studio cauere

A ddebet, ne qui cibus est salutis,

V eritat in damnum, subitæq; fiat

C ausa ruine.

O brutum qui se uitij fatetur,

E t dolet, spondens meliora posthae,

H unc salutarem datur in medelam

D ia Synaxis

P erfidus rursum, facinusq; mente

D estinans praua, sibi sumit atrum

T oxicum, & recta miser astuosum

T endit ad Orcum.

P erpetis nobis alimenta uitæ

C onferas sancto pater alme pastu,

S upplicum & culpas cruor immolati

A bluat agni.

Ad animam exhortatio. Borb.

Plange anima infelix, pendentemq; affice Christū,
Et madidis oculis in cruce cerne deum.

Plange anima, atq; oculos in flumina magna resolute
Pro te factus homo sustinet ista deus.

Quinq; per innocuum perpessus vulnera corpus,
En monstrat dextrum sanguineumq; latus.

En pedibus fixis ulnisq; expectat apertis
O scula, demissum porrigit ecce caput.

De doctoribus sacris enoluendis, Salm.

Entheo noctes equidem, diesq;

Per citus uerae pietatis Oestro,
Atq; in ardescens alacri perennis

Lucis amore.

Nenias uatum ueterum canoras

Quicquid & mendax Helicon ministrat,
Desero, fons, & pede quem caballus

Fecerat als.

Ad tuas me res bone Christe uerte,

Vt sacrī libris animum saginem,

Quos laborarunt studiosa patrum

Turba piorum

Ille sermonis Rhodanus Latini,

Pictorum, qui olim fuit urbe pr̄esul,

Ille pr̄ecellens tibi Nazianzum

Paftor alumnus.

Cappadox

Cappadox & tu Basili, tot asperis
 Aete pro causa fidei procellis,
 Tuq; quem miris Cyprianc tollunt
 Laudibus Aphri.

Qui tuos ciues moderatus Hippo,
 Tot libros scripsit pietatis ergo,
 Insubrum antilles, decus urbiumq;
 Dalmaticarum.

Tuq; cui dulci fluit ore sermo
 Lacteus, dignum datur unde nomen,
 Christianorum Cicero ob disertam
 Credite linguam.

Iam mibi magno studio legendi
 Estis, ut uerae documenta uite
 Hauriam a uobis, animuniq; pascam
 Fruge salubri.

Vt maris lata regione nauti, &
 Disciplinarum pelago sacrarum,
 Vesta lucescat Pharos, ac coruscum
 Suggestat ignem.

Vela iam magno sinuosa Ponto
 Pandimus, uastas & aramus undas,
 Tu ratis clavum rege Christe, & Euros
 Mitte secundos.

Seruire Deo. Piæ.

Paule tuam arboribus frondes ornantibus aulam
 Hiberno incipiunt frigore decidere.

Sic ne amens fueris, credas id ut esse dolendum?

Non minor uxoris flere obitum furor est,

Vtrah; iactura est, paruo reparabilis ære,

Si tamen uxorem perdere dama putas

Consortis post fata, hominem seruire tonanti

Posse manu atq; animo liberiore, lucrum est.

De pugna carnis & spiritus. Salm.

Spiritus carnem superare gliscit,

Spiritus contra caro concupiscit,

Semper hos inter uiolenta pugna, &

Acre duellum est.

Spiritus sancti, Deus, igne nostrum

Vre cor, renes simul & salaces,

Corpore ut casto & tibi seruiamus

Pectore mundo.

Arma contra diabolum. Pia.

ADuersus Stygij dolos tyranni

Que sint arma petis Mari doceri,

Thorax est tumido carcere fastu.

Cassis, ceu sibi proximis adesse.

Scutum, castigiam tenere mentem.

Lorica est animo pati sereno,

Cum fortuna graui surit flagello.

De sancto Bartolemæo Apostolo.

Salm.

Festa lux fulsit, mihi iuncte sacro

Ochorus nexu pietatis almae,

Rite

Rite dicamus bona uerba diuo

B arptolemo.

I lle regali generosus ortu,

I nduit pictas Phrygia arte uestes,

Quarum Hydaspeis uariata fulsit

F imbria gemmis.

M os uiro centum uicibus per omnes

S upplici luces dominum precari,

A tq; centenos genibus reflexis

D icere psalmos.

I gneis postquam sacer ille linguis

S piritus mentes docuit suorum,

S parsa diuersas et Apostolorum

T urba per urbes.

T ransit Euphratem, rapidumq; Tigrim,

Quiq; descendens Scythico nouemplex

C auaso, ingenti secat amne regna

I ndica, Gangem.

R egis hic natam Polenii furentem,

D emonumq; actam truculenter Oestro

anat, atq; hostem sua cogit ire in

T artara furnum.

C redidit Christo facile inde Princeps

C um domo tota, liquidis lymphis

V erticem lotus, docili salutem

M ente recepit.

I nuidet frater Polemi, inq; diuum

sæuiens

Sæuiens eius cute nudat artus,
Mox & immitti caput, heu, uerendum

Abstulit enfc.
Exitu hoc uitæ petit alta martyr
Regna cœlorum, superasq; sedes,
Aethiops artus positos in auro, &
Supicit Indus.

Addiunum Macarium monachum
Aegyptium. Salm.

Antè cum pastor Macari fuisses,
Et gregem circa Marie paludem
Pasceres, ludens socium coœnum
Forte necasti
Mox metu poenæ fugis à superba
Vrbe Alexandri, celebriq; Nilo,
Sole ad exustos rapido, & carentes
Frugibus agros.

Tunc fuit cordi tibi solitudo,
Atq; sub dio tribus asper annis
Manitas, duro ut tenera ipse firmes
Membra labore.

Construis posthac tegetem pusillam,
Rupis exæsternili angiporum,
Quinq; quam lustris habitas, colendo
Numen olympi.

O agis summo quoties tonanti
Gratias felix homicida, quod te

Ille col!

Ille collapsum ad meliora uitæ

Pensa uocasset?

S ponte non certe est tibi facta cedes,

P rebuit causam tamen, ut dicares

C astus etatem Domino æstuofas

Inter arenas.

L anguidos illic tenuatus artus

O b famem uires, animiq; robur

E xeris contra Stygij dolosas

P rincipis artes,

N am triumphatus tibi, identidemq;

A d suum iussus remeare Auernum,

D ixit, ô ne me Macari rogantem

S ancte fatiges.

I uris hoc Christus famulo fideli

C ontulit, nec tantum ea te secuta est

V is, sed à morbis homines leuasti

S aepius ægros.

P ost tot ac tantos moriens labores,

I am senex coeli repetis penates,

E t choro iunctus frueris perenni

L uce piorum.

C armen omni hora Aurel. Prud.

D A puer plectrum, choreis

V t canam fidelibus,

D ulce carmen, & melodum,

G esta Christi insignia,

H unc camena nostra solum

P angat

P angat, hunc laudet lyra.

C hristus est, quem rex sacerdos

A d futurum protinus

I nfulatus concinebat

V oce, chorda, & tympano,

S piritum coelo influentem

P er medullas hauriens.

F acta nos etiam probata

P angimus miracula,

T estis est orbis, nec ipsa

T erra, quod uidit, negat,

C omminus deum docendis

P roditum mortalibus.

C orde natus ex parentis

A nte mundi exordium,

A lpha & O mega cognominatur,

I pse fons, & clausula

O mniuum, que sunt, fuerunt,

Q uaeque post futura sunt.

I pse iussit, & creata,

D ixit ipse, & facta sunt,

T erra, coelum, fossa ponti,

T rina rerum machina,

Q uaeque in his uigent sub alto

S olis, & lunae globo.

C orporis formam caduci,

M embra morti obnoxia

Induit,

I nduit, ne gens periret
 P rimo plasti ex germe,
 M erserat quem lex profundo
 N oxialis tartaro.

O beatus ortus ille,
 V irgo cum puerpera
 A edidit nostram salutem,
 F eta sancto spiritu,
 E t puer redemptor orbis
 O s sacratum protulit.

P fallat altitudo cœli,
 P fallant te omnes angeli,
 Q uicquid est uirtutis usquam
 P fallat in laudem Dei,
 N ulla linguarum filescat,
 V ox & omnis consonet.

E cce quem uates uetustis
 C oncinebant seculis,
 Q uem prophetarum fideles
 P aginae spoponderant,
 E micat, promissus olim,
 C uncta collaudent eum.

C antharis infusa lymphæ
 F it falernum nobile,
 N untiat uinum minister
 E sse promptum ex hydria,
 I pse rex sapore tinctis

Obstupescit

Obstupescit poculis.
 Membra morbis ulcerosa,
 Viscerum putredines
 Mando, ut abluantur, inquit,
 Fit ratum quod iussorat,
 Turgidam cutem repurgant
 Ulnerum piamina,
 Tu perennibus tenebris
 Jam sepulta lumina
 Nlinis limo salubri,
 Acri & oris nectare
 Max apertis, hac medela
 Lux reducta est orbibus.
 Increas uentum furentem
 Quod procellis tristibus
 Vertat aquor fundo ab imo,
 Vexet & uagam ratem,
 Ille iussis obsecundat,
 Mitis unda sternitur.
 Extimum uestis sacrae
 Furtim malier attigit,
 Protinus salus secuta est,
 Ora pallor deserit,
 Sistitur riuus, cruento
 Qui fluebat perpeti,
 Exitu dulcis iuuent
 Raptum ephebum uiderat,

Orbi

O rba quem mater supremis

F unerabat fletibus:

S urge dixit. ille surgit,

M atri & astans redditur.

S ole iam quarto carentem,

Iam sepulchro absconditum

L azarum iubet uigere

Redditio spiramine,

Foetidum iecur reductus

Rursus intrat halitus.

A mbulat per stagna ponti,

S umma calcat fluctuum,

M obilis liquor profundi

Pendulam praestat uiam.

N ec fatiscit unda sanctis

Pressa sub uestigij.

S uetus antro bustiali

S ub catenis frendere,

Mentis inops efferatis

P ercutitus furoribus

P rofilit, ruitq; supplex

Christum adesse, ut senserat.

P ulsa pestis lubricorum

M illeformis demonum,

C orripit gregis suilli

S ordida spurcamina,

S eq; nigris mergit undis,

k F it pecus

Fūt pecus lymphaticum,

Fert qualis ter quaternis

Ferculorum fragmina,

Affatim referta iam sunt

Accubantum millia

Quinq; panibus pereisis,

Et gemellis piscibus.

Tu cibus panisq; noster,

Tu perennis suauitas,

Nescit esurire in æuum,

Qui tuam sumit dapem,

Nec lacunam uentris impliet,

Sed fouet uitalia.

Clausus aurium meatus,

Et sonorum nescius,

Purgat ad precepta Christi

Crassa queq; obstacula,

Vocibus capax fruendis,

Ac susurris peruius.

Omnis ægritudo cedit,

Langor omnis pellitur,

Lingua fatur, quam ueterna

Vinxerant silentia.

Gestat & suum per urbem

Latet aeger lectulum.

Quin & ipsum, ne salutis

Inferi expertes forent,

Tartarum

T artarum benignus intrat,
 F racta cedit ianua,
 V ectibus cadit riuulsus
 C ardo dissolubilis
 I lla prompta ad inruentes,
 A d reuertentes tenax,
 O bice retrorsum pulso
 Porta reddit mortuos
 L ege uersa, & limen atrum
 I am recalandum patet.
 S ed Deus dum luce fulua
 M ortis antra inluminat,
 D um stupentibus tenebris
 C andidum præstat diem,
 T ristia squalentis æthrae
 Palluerunt sydera.
 S ol refugit, & lugubri
 S ordidus ferrugine
 I gneum reliquit axem,
 S eq; moerens abdidit,
 F ertur horruissc mundus
 N octis æternæ chaos.
 S olue uocem mens sonoram,
 S olue linguam mobilem,
 D ic trophyum passionis,
 D ic triumphalem crucem,
 P ange uxillum notatis,

Quod refulget frontibus.
 O nouum cæde stupenda
 Vulneris miraculum,
 Hinc cruoris fluxit unda,
 Lympha parte ex altera,
 Lympha nempe dat lauacrum,
 Tum corona ex sanguine est.
 Vidit anguis immolatam
 Corporis sacri hostiam,
 Vidit & fellis perusti,
 Mox uenenum perdidit,
 Sausius dolore multo
 Colla fractus sibilat.
 Quid tibi, profane serpens,
 Profuit rebus nouis
 Plasma primum perculisce
 Versipelli astutiae
 Diluit culpam recepto
 Forma mortalis Deo.
 Ad breuem se mortis usum
 Dux salutis dedidit,
 Mortuosq; olim sepultos
 Ut redire insuesceret,
 Dissolutis pristinorum
 Vinculis peccaminum.
 Hunc patres, sanctiq; multi
 Conditorem præium

Iam reuertentem secuti,
Tertio demum die
Carnis indumenta sumunt,
E quibus bustis prodeunt.
Cerneres coire membra
De fauillis aridis,
Frigidum uenis resumptis
Puluerem tepeſcere,
Ossa, neruos, ac medullas
Gutino cutis tegi.
Post ut occasum resolute
Vitæ, & hominem reddidit.
Arduum tribunal alti,
Victor ascendit patris,
Inclytam cœlo reportans
Passionis gloriam.
Macte index mortuorum,
Macte rex uiuentium,
Dexter in parentis arce
Quid uis uirtutibus
Omniū uenturus inde
Iustus ultior criminum.
Te senes, & te uiuentus,
Paruolorum te chorus,
Turba matrum, uirginumq;
Similes puellæ,
Voce concordes pudicis

P erstrepant concentibus.
Fluminum lapsus & undæ,
Littorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina,
Sylna, & aura, nox, dies,
Omniibus te concelebrent
Seculorum seculis.

Carmen ante somnum.
 Prudent.

ADes pater supreme
Quem nemo uidit unquam,
Patrisq; sermo Christe,
Et spiritus benigne.
O trinitatis huius
Vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroq; missus.
Fluxit labor diei,
Redit quietis hora,
Blandus sopor uiciissim
Fessos relaxat artus.
Mens æstuans procellis,
Curisq; sauciata
Totis bilit medullis
Obliuiale poclum.
Serpit per omne corpus
Lethæ uis, nec ullum

Miseris

Miseris doloris ægri
 Patitur manere sensum.
 Lex hæc data est caducis,
 Deo iubente membris,
 Vt temperet laborem
 Medicabilis uoluptas.
 Sed dum pererrat omnes
 Quies amica uenas,
 Per eccliusq; feriatum
 Per lacat rigante somno.
 Liber uacat per auras
 Rapido uigore sensus,
 Variasq; per figuras
 Que sunt operta cernit.
 Quia mens soluta curis,
 Cui est origo cœlum,
 Purusq; fons ab æthra
 Iners iacere nescit.
 Imitata multiformes
 Facies, sibi ipsa fingit
 Per quas repente currens
 Tenui fruatur actu.
 Sed sensa somniantum
 Difpar fatigat horror
 Nunc splendor intererrat,
 Qui dat futura nosse.
 Plerumq; dissipatis

M endax imago ueris

A nimis pauore mœstos

A mbage fallit atra.

Quem rara culpa morum

N on polluit frequenter,

Hunc lux serena uibrans

R es edocet latentes.

A tqui coinquatum

V itijs cor impiavit,

L usus pauore multo

S peties uidet tremendas.

H oc patriarcha noster

Sub carcenis catena

Geminis simul ministris

I nterpres adprobauit,

Quorum reuersus unus

D at poculum tyramo,

A st alterum rapaces

F ixum uorant uolucres.

I psum deinde regem

Perplexa somniantem,

N ouit famem futuram

C lausis cauere aceruis.

M ox præsul ac tetrarches

R egnum per omne iussus

S ociam tenere uirgam,

D ominæ resedit aulae.

O quam

O quam profunda iustis
Arcana, per soporem
A perit tuenda Christus,
Quam clara, quam tacenda,

E uangelista summi
F idissimus magistri,
Signata que latebant
Nebulis uidet remotis.

I psum tonantis agnum
De cæde purpurantem,
Qui consciū futuri
Librum resignat unus.

Huius manū potentem
Gladius perarmat anceps,
Et fulgorans utring;
Duplicem minatur iustum.

Questor ille solus
Animeq; corporisq;
Ensisq; bis timendus
Prima, ac secunda mors est.

I dem tamen benignus
Vlto, retundit iram,
Paucosq; non piorum
Patitur perire æuum.

Huic inclitus perenne
Tribuit pater tribunal,
Hunc obtinere iussit

Nomen, supra omne nomen.
 Hic præpotens cruentus
 Extinctor Antichristi,
 Qui de furente monstro
 Pulchrum refert trophæum.
 Quam bestiam capacem,
 Populosq; uorantem,
 Quam sanguinis charybdim,
 I oannes execratur,
 Hæc nempe, que sacratum
 Præferre nomen ausa,
 Imam petit gehennam,
 Christo perempta uero.
 Tali sopore iustus.
 Mentem relaxat heros,
 Vt spiritu sagaci
 Cœlum peragret omne.
 Nos nil incremum horum,
 Quos creber implet error,
 Concreta quos malarum
 Vtitat cupido rerum.
 Stat est quiete dulci
 Fessum fouere corpus,
 Stat si nihil sinistrum
 Vane minentur umbræ.
 Cultor dei memento
 Te fontis, et lauacri

Rorem

Rorem subisse sanctum,
Te chrismate innouatum.

Fac cum uocante somno
Castrum petis cubile
Frontem locumq; cordis
Crucis figura signet.

Crux pellit omne crimen,
Fugient crucem tenebrae,
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.

Procul o procul uagantum
Portenta somniorum,
Procul esto perniciaci
Prestigiator astu.
O tortuose serpens,
Qui mille per Maeandros,
Fraudesq; fluxuosas
Agitas quieta corda.

Disce, Christus hic est,
Hic Christus est, liqueste,
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam cateruam.

Corpus licet fatiscens
Iaceat recline paulum,
Christum tamen sub ipso
Meditabimur sopore.

De

De resurrectionis dominicæ die

Carmen. Lactan.

SAlve festa dies toto uenerabilis ævo,
Qua deus infernum uicit, & astra tenet,
Tempora florigero rutilant distincta sereno,
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum solem coeli orbita ducit,
Qui uagus oceanas exit, & intrat aquas.
Armatus radijs clementia liquentia lustrans
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida syncero producunt aethera uultu,
Lætitiamq; suam sydera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuscula cultu,
Cum bene uernarit, reddit & annus opes.
Molla purpureum pingunt uiolaria campum,
Prata uirent herbis, & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum,
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine deposito late seges exilit aruis,
Spondens agricole uincere posse famem.
Caudice deserto lachrymat sua gaudia palmes,
Vnde merum tribuat, dat modo uitis aquam,
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Preparat ad partum turgida gemma sinum.
Subq; hyemis tempus foliorum crine refuso,
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus.
Mista salix, abies, corylus, siler, umlus, acer, nux,

Plaudit

P laudit queq; suis arbor amoena comis.
C onstruclura fauos apis hinc dulcaria linquens,
F loribus instrepitans poplite mella rapit.
A d cantus renocatur avis, que carmine clauso
P igrior hyberno frigore muta fuit.
H inc philomela suis attemperat organa camis,
F itq; repercuesso dulcior aura melo.
E ecc renascentes testatur gratia mundi,
O mnia cum domino dona redisse suo.
N anq; triumphanti post tristia tartara Christo,
V ndiq; fronde nemus, gramina flore fauent
L egibus inferni oppressis, super astra meantem,
L audent rite decum lux, polus, arua, fretum.
Q ui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat,
D antq; creatori cuncta creata precem.
M obilitas anni, mensum, lux alma dierum,
H orarum splendor, stridula cuncta fauent.
H inc tibi sylua comis, plaudit quoq; campus aristis,
H inc grates tacito palmite uiris agit,
H inc tibi nunc avium resonant uirgulta susurro,
H as inter nimio passer amore canit,
C hriste salus rerum, bone conditor, atq; redemptor,
V nica progenies ex deitate patris.
I rrecitabiliter manans de corde parentis,
V erbum subsistens, & patris ore potens.
A equalis concors, socius, cum patre coaeuus,
Quo sumpsit mundus principe principium.

Aethera

A ethera suspendis, sola congeris æquora fundis,

Quæq; locis habitant, que moderata uigent

Qui genus humanū cernens mersum esse profundo,

Vt hominem eriperes, es quoq; factus homo.

Nec nostro tantum uoluisti è corpore nasci,

Sed caro, que nasci pertulit atq; mori.

Funbris exequias patris nouis autor, & orbis,

Intra mortis iter dando salutis opem.

Tristia cessarunt infernæ uincula legis,

Expauitq; chaos luminis ore premi.

Depercunt tenebrae Christi fulgore fugatæ,

A eternæ noctis pallia crassa cadunt

Sollicitam sed redde fidem precor, alma potestas.

Tertia lux rediit, surge sepulte meus,

Non decet ut uili tumulo tua membra tegantur,

Non precium mundi uilia saxa premant.

Indignum est, cuius clauduntur cuncta pugillo,

Vt tegat inclusum rupe uetante lapis.

Intea tolle precor, sudaria linque sepulchro,

Tu satis es nobis, & sine te nihil est.

Solue catenatas inferni carceris umbras,

Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.

Redde tuam faciem, uideant ut secula lumen:

Redde diem, qui nos te moriente, fingit.

Sed plane implesti remcans pie uictor olympum,

Artara pressa iacent, nec sua iura tenent.

Inferus infaturabiliter caui guttura pandens,

Qui

Qui raperet semper fit tua preda Deus.
 Eripis in numerum populum de carcere mortis.
 Et sequitur liber, quo suus autor abis.
 Euomit absorptam pauidē sera bellua plebem,
 Et de fauce lopus subtrahit agnus oves.
 Hinc tumulū repetens post tartara carne resumpta,
 Belliger ad cœlos ampla trophæa refers.
 Quos habuit poenale chaos, iam redditit iste,
 Et quos mors peteret, hos noua uita tenet.
 Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophæi,
 Cum puras animas sacra lauacra beant.
 Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
 Atq; uetus uitium purgat in amne nouo,
 Fulgentes animas uestis quoq; candida signal,
 Et grege de niueo gaudia pastor habet,
 Additur hac felix concors mercede sacerdos,
 Qui dare uult domino dupla talenta suo.
 Ad meliora trahens gentili errore uagantes,
 Bestia ne raperet munit ouile Dei,
 Quos prius Eua nocens infecerat, hos modo reddit.
 Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu.

Ausonijs Pæonij Eidylia, uersus in dominicam
resurrectionem.

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi,
 Et deuota pij celebrating ieunia Mystæ,
 At nos æternum cohibentes pectore cultum.
 Intemperatorum uim continuamus honorum.

Annuæ

Annua cura sacris, iugis reverentia nobis.
 Magno pater rerum, cui terra, & pontus & aër,
 Tartaraq; & picti scriuit plaga lactea cœli,
 Noxia quem scelerum plebs tremit, almaq; rursum
 Oncelebrat uotis animarum turba piarum,
 Tu brcuis hunc eui cursum, celeremq; caducæ
 Finem anime donas eternæ munere uitæ.
 Tu mites legum monitus, sacrosq; prophetas
 Humano impertis generi, seruas q; nepotes
 Dceptum miseratus Adam, quem capta uenenis
 Implicuit socium blandis erroribus Heua.
 Tu uerbum pater alme tuum, natumq; deumq;
 Concedis terris totum, similemq; paremq;
 Ex uero uerum, uiuacq; ab origine uiuum,
 Ille tuis doctus monitis hoc addidit unum,
 Ut super æquorcas nabad qui spiritus undas,
 P igra immortali uegetaret membra lauacro.
 Trina fides, autore uno, spes certa salutis,
 Hunc munerum iunctis uirtutibus amplectendi
 Talem terrenis speciem spectatur in oris
 Augustus genitor geminum sator augustorum.
 Qui fratrem natumq; pio complexus utrunq;
 N umine partitur, regnum neq; diuidit unum,
 Omnia solus habens, atq; omnia dilargitus.
 Hos igitur nobis trini pietate uigentes
 Ecclores terre, placidos cœliq; ministros
 Christe apud eternum placabilis assere patrem.

Carmen

Carmen de passione domini. Lactant.

Quisquis ades, medijsq; subis in limina templi,
S parum, insontemq; tuo pro crimine passum
R me, me conde animo, me in pectore serua.
I ego, qui casus hominum miseratus acerbos,
H ueni, pacis promissæ interpres, & ampla
C culpæ uenia, hic clarißima ab alto
R lux terris, hic alma salutis imago.
H tibi sum requies, uia recta, redemptio uera,
V Dei, signum & memorabile fari.
T propter, uitamq; tuam sum uirginis aluum
I sum factus homo, atq; horrentia passus
Fn uera: nec requiem terrarum in finibus usquam
I: sed ubiq; minas, sed ubiq; labores.
H prima mihi in terris magalia Iudeæ
H in partu, sociæq; fuere parenti.
H mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
A in angustis præsepibus herba cubile.
I< n> Pharijs primos uixi regionibus annos.
H regno profugus, reliquosq; reuersus
Iudæam, semper iejunia, semper & ipsam
P< auperiem> extremam, & rerum interiora secutus.
S< emper> egens monitis humana salubribus alme
I ad studium probitatis aperta salubri
P< lurima> doctrinæ iniungens miracula, quare
I Hierusalem rabidis exercita curis
I, sœvisq; odijs, & cæca furore,

l Visonti

I nfanti est pœnis letalibus ausa eruentam
 I n cruce terribili mortem mihi querere, que si
 L atius ipse uelim distinguere, siq; per omnes
 I re iuuet gemitus, mecum & sentire dolores:
 C ollige consilia, insidiias ue, meiq; nefandum
 S anguinis innocui precium, & simulata clientis
 O scula, & insultus, & seu*e* iurgia turbæ:
 V erbera præterea, et promptas ad crimina linquas.

F ige animo & testes, & cæci infanda Pilati
 I uditia, ingentemq; humeros, & fessa prementem
 T erga crucē, atq; graues horrēda ad funera gressus
 N unc me nunc uero desertum extrema securum
 S upplicia, & dulci procul à genitrice leuatum
 V ertice ad usq; pedes me lustra, en aſſice crines
 S anguine concretos, & sanguinolenta sub ipsis
 Colla comis, spinisq; caput crudelibus haustum,
 V ndiq; diua pluens uiuum super ora cruorem,
 C ompressos ſpeculare oculos, & luce carentes,
 A fflictasq; genas, arentem ſuspice linguam
 F elle uenematam, & pallentes funere uultus,
 C erne manus clavis fixas, trac̄tosq; lacertos,
 A tq; ingens lateri uulnus, cerne inde fluorem
 S anguinem, foſſosq; pedes, artusq; cruentos.
 F lecte genu, lignumq; crucis uenerabile adora
 F lebilis, innocuo terramq; cruento madentem
 O re petens humili, lachrymis ſuffunde ſubortis,
 E t me noniunquam deuoto in corde, meosq;

Fer moi

Fer monitus; sectare meæ uestigia uite.
 I psaq; supplitia inspiciens, mortemq; seueram
 Corporis inumeros memorans animiq; dolores,
 Disce aduersa pati, & propriæ inuigilare saluti.
 Hæc monimenta tibi, si quando in mente iuuabit
 Voluere, si qua fides animo tibi ferre meorum,
 Dibita si pietas, & gratia digna laborum
 Surget, erunt uerae stimuli uirtutis, eruntq;
 Hostis in insidias clypei, quibus acer in omni
 T utus eris, uictorq; seres certamine palmam.
 Hæc monimenta tuos si labilis orbis amicos
 A uertent sensus, fugiente decoris ab umbra
 Mundani efficient, ne spe captatus inani,
 Mobiliis occiduis fortunæ fidere rebus
 A useris, aut uitæ sperare fugacibus annis.
 Sed te nimirum, sic ista caduca uidentem
 Sæcula, & exutum patriæ melioris amore
 Orbis opes, rerumq; usus, & uota priorum,
 Moribus extollens sacris, uit. eq; beatae
 Spe, duras inter peccas, te rore souebunt
 Cœlesti pactiq; boni dulcedine pascent,
 Purpuream donec post ultima fata relicto
 Corpore, sublimes animam reuocabit ad auras.
 Gratia magna tibi nunc omnem exuta laborem,
 Angelicos tunc leta choros, aciesq; beatas
 Sanctorum inspiciens, æternæ pacis amoena
 Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

Carmen ante cibum. Aur. Prud.

O Crucifer bone luci sator,
Omniparcens pie, uerbigena,
Edite corpore uirginco
Sed prius in genitore, potens,
Astra, solum, mare quam fierent.

Huc nitido precor intuitu,
Flecte salutiferam faciem,
Fronte serenus, et irradia,
Nominis ut sub honore tui
Has epulas liceat capere.

Te sine dulce nihil domine,
Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula ni prius, atq; cibos
Christe tuus fauor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.

Fercula nostra deum sapiant,
Christus et influat in pateras,
Seria, ludicra, uerba, iocos,
Deniq; quod sumus, aut agimus
Trina superna regat pietas.

Hic mihi nulla rose spolia,
Nullus aromate fragrat odor,
Sed liquor influit ambrosius,
Neclareamq; fidem redolet
Fuis ab usq; patris gremio.
Sperne camœna leues ederas,

Cingere

Cingere tempora quis solita es.

Sertaq; mystica dactylico

Texere docta, liga strophio.

Lauda Dei redimita comas.

Quod generosa potest anima,

Lucis, & aetheris indigena

Soluere dignius obsequium,

Quam data munera si recinat

Artificem modulata suum?

Ipsa homini quia cuncta dedit,

Quae capimus dominante manu,

Quae polus, aut humus, aut pelagus

Aere, gurgite, rure creant,

Hec mihi subdidit, & sibi me.

Callidus inlaqueat uolucres

Aut pedicis dolus, aut maculis,

Inlita glutine corticeo

Vimina plumigeram seriem

Impedunt, & abire uetant.

Ecce per aquora fluctuagos

Texta greges sinuosa trahunt.

Piscis item sequitur calamum,

Raptus acumine uulnifico

Credula saucius ora cibo.

Fundit opes ager ingenuas,

Dives aristiferæ segetis,

Hic ubi uitca pampinco

B rachia palmite luxuriant,
P acis alumna ubi bacca uiret.

H æc opulentia Christicolis
S eruit, & omnia suppeditat.
A bsit enim procul illa famæ
C ædibus ut pecudum libeat
S angueinas lacerare dapes.

S int fera gentibus indomitis
P randia, de nece quadrupedum
N os oleris coma, nos siliqua
F œta legumine multimodo
P auerit innocuis epulis.

S pumea mulætra gerunt niueos
V bere de gemino latices,
P erq; coagula densa liquor
I nsolidum coit, & fragili
L ac tenerum premitur calatho.

M ella recens mihi Cecropia
N ectare sudat olente fauus,
H æc opifex apis aërio
R ore liquet, tenuiç thymo,
N exilis inscia connubij.

H inc quoq; ponuferi nemoris
M unera mitia proueniunt,
A rbor onus tremefacta suum
D eciduo grauis imbre pluit,
P uniceosq; iacit cumulos.

Que

Quae ueterum tuba, que' ue lyra
Flatibus incita, uel fidibus,
Diuitis omnipotentis opus,
Quæq; fruenda patent homini,
Laudibus æquiparare queat?

Te pater optime mane nouo,
Solis & orbita cum media est,
Te quoq; luce sub occidua
Sumere cum monet hora cibum,
Nostra Deus canet armonia.

Quod calet halitus interior
Corde quod abdita uena tremit,
Pulsat & incita quod resonam
Lingua sub ore latens caueam,
Laus superi patris esto mihi.

Os igitur tua sancta manus
Cespite composuit madido,
Effigiem meditata suam.
Vtq; foret rata materies,
Flauit & indidit ore animam.

Tunc per amena uireta iubet
Frondicomis habitare locis.
Ver ubi perpetuum redolet,
Pratag; multicolorata latex
Quadrifluo celer amne rigat.

Hec tibi nunc famulentur ait,
Vsibus omnia dedo tuis,

S ed tamen aspera mortifero
 S tipite carpere poma ueto,
 Qui medio uiret in nemore.

H ic draco perfidus indocile
 V irginis inlicit ingenium,
 V t socium maleuada uirum
 M andere cogeret ex uctitis,
 I psa pari peritura modo.

C orpora mutua nosse nefas,
 P ost epulas inoperta uident
 L ubricus error & erubuit,
 T egmina suta parant folijs,
 D edecus ut pudor occulcret.

C onscia culpa Deum pauitans
 S ede pia procul exigitur.
 I nnuba fœmina quæ fuerat,
 C oniugis excipit imperium,
 F œdera tristia iussa pati.

A utor & ipse doli coluber
 P lectitur improbus, ut mulier
 C olla trilingua calce terat,
 S ic coluber muliebre solum
 S uspicit, atq; uirum mulier.
 His ducibus uitiosa delinc,
 P osteritas ruit in facinus,
 D umq; rudes imitatur auos,
 E asq; nefasq; simul glomerans

Impia

Impia crimina morte luit.

Ecce uenit noua progenies
Aethere proditus alter homo,
Non luteus, uelut ille prius:
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corporeisq; carens uitijs.

Fit caro uiuida sermo patris,
Numine quem rutilante grauis
Non thalamo, neq; iure tori,
Nec genialibus inlecebris
Intemerata puella parit.

Hoc odium uetus illud erat,
Hoc erat aspidis atq; hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modo cernua foemincis
Vipera protcritur pedibus.

Aedere namq; deum merita
Omnia uirgo uenena domat
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger reuomit,
Gramine concolor in uiridi.

Quae feritas modo non trepidat,
Territa de grege candidulo?
Impavidas lupus inter oues
Tristis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.

Agnus enim uice mirifica

Ecce leonibus imperitat,
Ex agitansq; truces aquilas
Per uaga nubila, perq; notos
Sydere lapsa columba fugat.

Tu mihi Christe columba potens
Sanguine pasta cui cedit avis,
Tu niueus per ouile tuum
Agnes hiare lupum prohibes,
Sub iuga Tigridis ora premens.

Da locuples deus hoc famulis
Rite precantibus, ut tenui
Membra cibo recreata leuent,
Neu piger immodicis dapibus
Viscera tensa grauet stomachus.

Hastus amarus abesto procul,
Nec libeat tetigisse manu
Exitiale quid, aut uetitum,
Gustus & ipse modum teneat,
Sospitet ut iecur incolume
Sit satis arguibus horrificis,
Libet quod impia corporibus
Ab miseram peperere necem.
Sufficiat semel ob facinus
Plasma dei potuisse mori.

Oris opus, uigor igneolus
Non moritur, quia flante deo
Compositus, supercrys fluens

D e solio patris artificis,
V im liquide rationis habet.

V ifcra mortua quintiam
P ost obitum reparare datur,
E q; suis iterum tumulis
P rifica renascitur effigies
P uluereo cocunte situ.

C redo equidem, neq; uana fides,
C orpora uiuere more animæ,
N am modo corporeum memini
D e phlegethone gradu facili
A d superos remeasse deum.

S pes eadem mea membra manet,
Q uæ redolentia funereo
I ussa quiescere sarcophago
D ux parili rediuius humo
I gnea Christus ad astra uocat.

Carmen post cibum. Prud.

P astis uisceribus, ciboq; sumpto
Quem lex corporis imbecilla poscit,
L audem lingua deo patri rependat,
P atri, qui Cherubim sedile sacrum,
N ecnon & Seraphim suum supremo
S ubnixus folio tenet, regitq;
H ic est, quem Sabaoth deum uocamus
E xpers principij, carensq; fine,

Rerum

Rerum conditor, & repertor orbis.
 Fons uitæ liquida fluens ab arce,
 Infusor fidei, sator pudoris,
 Mortis perdomitor, salutis autor.
 Omnes quod sumus, aut uigemus indest,
 Regnat spiritus ille sempiternus
 A Christo simul & parente missus.
 Intrat pectora candidus pudica,
 Quæ templi uice consecrata rident,
 Postquam combiberint deum medullis.
 Sed si quid uitij, dolue nasci
 Inter uiscera iam dicata sensit,
 Ceu spurcum, refugit celer sacellum.
 Tetrum flagrat enim uapore crasso
 Horror conscius æstuante culpa
 Offensemque bonum niger repellit.
 Nec solus pudor, innocensque uotum
 Templum constituunt perenne Christo
 In cordis medijs sinu, ac recessu.
 Sed ne crapula ferueat cauendum est,
 Quæ sedem fidei cibus refertam
 Vsq; ad congeriem coarctet intus.
 Per arcis uictibus expedita corda
 Infusum melius deum receptant,
 Hic pastus animæ est, saporique uerus.
 Sed nos tu gemino fouens paratus,
 Artus atque animas utroque pastu

Confirmas

C onfirmas pater, ac uigore complex,

S ic olim tua præcluens potestas,

I nter raucisonos situm leones

I llapsis dapibus uirum refouit.

I llum fusile numen execrantem

E t curuare caput sub expolita

A eris materia nefas putantem.

P lebs diræ Babylonis, ac tyrannus

M orti subdiderant, feris dicarant,

S æuis protinus haustibus uorandum.

O semper pietas, fidesq; tuta,

L ambunt indomiti uirum leones,

I ntactumq; dei tremunt alumnus.

A stant communis, & iubas reponunt,

M ansuetus rabies, fameq; blanda.

P rædam rictibus lambit incruentis.

S ed cum tenderet ad superna palmas,

E xpertumq; sibi deum rogaret,

C lausus iugiter, indigensq; uictu.

I ussus nuncius aduolare terris,

Qui pastum famulo daret probato,

R aptim desilit obsequente mundo.

C ernit forte procul dapes inemptas,

Quas messoribus Abbacuc propheta

A gresti bonus exhibebat arte.

H uius cæsarie manu prehensa,

P lenis sicut erat grauem canistris

Suspensus

S uspensum rapit et uehit per auras.
 T um raptus simul ipse, præ idumq;
 S ensim labitur in lacum leonum,
 E t quas tunc epulas gerebat, offert.
 S umas letus ait, libensq; carpas
 Q ue summus pater, angelusq; Christi
 M ittunt liba tibi sub hoc periclo
 H is sumptis, Danielus excitauit
 I n cœlum faciem, ciboq; fortis
 A men reddidit, alleluia dixit.
 S ic nos muneribus tuis refecti,
 L argitor deus omnium bonorum
 G rates reddimus et sacramus hymnos;
 T u nos tristifico uelut tyranno,
 M undi scilicet impotentis actu
 C onclusos, regis, & feram repellis.
 Q ue circumfremit, ac uorare tentat,
 I nsanos acuens furore dentes,
 C um te summe deus precemur unum.
 V examur, premimur, malis rotamur,
 O derunt, lacerant, trahunt, laceſſunt,
 I uncta est supplicijs fides iniquis.
 N ec defit tamen anxijs medela,
 N am languente trucis leonis ira,
 I llapsæ superingeruntur æſcæ,
 Q uas si quis sit inter hauriendo
 N on gustu tenui, sed ore pleno,

Internis

I nternis uelit implicare uenis.
 H ic sancto satiatus ex propheta,
 I ustorum capiet cibos uirorum,
 Q ui fructum domino metunt perenni.
 N il est dulcius ac magis saporum,
 N il quod plus hominem iuuare possit,
 Q uam uatis pia præcinentis orsa.
 H is sumptis licet insolens potestas
 P rauum iudicet, inrogetq; mortem.
 I mpasti licet inruant leones,
 N os semper dominum patrem fatentes,
 I n te Christe deus loquemur unum,
 C onstanterq; tuam crucem feremus.

Præcajio matutina ad omnipotentem
 Deum. Aus.

O mnipotens, quem mente colo, pater unice rerum
 O ignorate malis, & nulli ignote piorum.
 P rincipio extremoq; carens, antiquior ævo,
 Q uod fuit aut ueniet, cuius formamq; modumq;
 N ec mens complecti poterit, nec lingua profari,
 C ernere quem solus, coramq; audire iubentem
 F as habet & patriam propter considere dextram
 N on genito conditore Dcus, qui fraude superbi
 O ffensus populi gentes in regna uocauit,
 S tirpis adoptiu& meliore propage colendus,
 C ernere quem licuit proavis, quo numine uiso
 E t patrem uidisse datum, contagia nostra

Qui

Qui tulit, & diri passus ludibria leti
 E ss̄e iter æternæ docuit remeabile uitæ.
 Nec solam remeare animam, sed corpore toto
 C œlestes intrare plagas, & inane sepulchri
 A rcanum uicis ad opertum linquere terris.
 N atc patris summi, nostroq; salutifer æuo,
 V irtutes patrias genitor cui tradidit omneis,
 N il ex inuidia retinens plenusq; datorum
 P ande uiā precibus, patriasq; hæc perfer ad aures.
 D a pater inuictam contra omnia crimina mentem,
 V ipereumq; nefas nocituri auerte ueneni,
 S ic satis antiquam serpens quod prodidit Heuam
 D eceptumq; adiunxit Adam, nos sera nepotum
 S emina ueridicis etas, prædicta prophetis
 V itemus laqueos, quos letifer implicat anguis.
 P ande uiam, qua me post uincula corporis ægri
 I n sublime feram, puri qua lactea coeli
 S emitæ uentoſe superat uaga nubila lunæ,
 Q ua proceres abiere piij, quaq; integer olim
 R aptus quadrijugo penetrat super æthera curru
 H elias, & solido cum corpore præuius Enoch.
 D a pater æterni speratam luminis auram
 S i lapides non iuro deos, unumq; uerendi
 S uscipiens altare sacri, libamina uitæ
 I ntemerata fero, si te dominiq; diciq;
 V nigemi cognosco patrem, mystumq; duobus,
 Qui super æquoreas uolitabat spiritus uidas.

Da genitor ueniam, cruciataq; peitora purga.
 Si te non pecudum fibris, non sanguine fuso
 Quero, nec carnis numen coniecto sub extis,
 Si scelere abstineo errori ipse obnoxius, & si
 Opto magis quam fido bonus purusq; probari,
 Confessam dignare animam, si membra caduca
 Excoror, & tacitum si poenitet, altaq; sensus
 Formido excruciat, tormentaq; sera gehennæ
 Anticipat, patiturq; suos mens saucia manes.
 Da pater hec nostro fieri rata uota precatu,
 Nil metuam, cupiamq; nihil, satis hoc reor esse,
 Quod satis est. nil turpe uelim, nec causa pudoris
 Sim mihi, nec faciam cuiquam, que tempore codem
 Nolim facta mihi, nec uero criminie ledar,
 Nec maculer dubio, paulum distare uidetur
 Suspectus uereq; reus. male posse facultas
 Nulla sit, & bene posse adgit tranquilla potestas.
 Sim tenui uictu atq; habitu, sim carus amicis,
 Et semper genitor sine uulnere nominis huius.
 Non animo dolcam, non corpore, cuncta quietis
 Funga itur membra offitijs, nec saucijs ullis
 Partibus amissum quicquam desideret usus.
 Pace fruar, securus agam, miracula terræ
 Nulla putem. suprema mihi cum uenerit hora
 Nec timeat mortem bene conscientia uita, nec optet.
 Purus ab occultis cum te indulgenti uidebor,
 Omnia despiciam, fuerit cum sola uoluptas

Iudicium sperare tuum, quod dum sua differt
 Tempora, cunctaturq; dies, procul exige sexuum
 Insidiatorem blandis erroribus anguem.
 Haec pia, sed moesto trepidantia uota reatu
 Christe apud eternum placabilis assere patrem
 Saluator deus, ac dominus, mens, gloria, uerbum,
 Filius ex uero uerum de lumine lumen,
 Aeterno cum patre manens, in secula regnans,
 Confona quem celebrat modulato carmine plebes,
 Et responsum ferit aera uocibus Amen.

Carmen ieiunantibus accommodum
 Aurel. Prud.

O Nazarene dux Bethleem, uerbum patris,
 Quem partus alui uirginalis protulit,
 Adesto castis Christe parsimonijs,
 Festumq; nostrum rex serenus accipe
 Ieiuniorum dum litamus uitiam.
 Nibil hoc profecto purius mysterio,
 Quo fibra cordis expiatur uiudi,
 Intemperata quo domantur, uiscera
 A ruina, putrem ne resudans crapulan
 Obstrangulatæ mentis ingenium premat.
 Hinc subiugatur luxus, & turpis gula,
 Vini atq; somni degener socordia,
 Libido sordens, inuercundus lepos,
 Varietq; pestes languidorum sensuum,
 Partam subactæ disciplinam sentient.

Nam

Nam si licenter diffluens potu, & cibo,

I ciuna rite membra non coerces,

S equitur, frequenti marcida oblectamine,

S cintilla mentis ut tepestat nobilis,

A nimisq; pigris stertat ut praecordijs.

F renentur ergo corporum cupidines,

D etersa ut intus emicet prudentia,

S ic excitato perspicax acumine,

L iberq; flatu laxiore spiritus

R erum parentem rectius precabitur.

H elias tali crevit obseruantia

V etus sacerdos, ruris hospes aridi,

E ragore ab omni quem remotum & segregem

S preuisse tradunt criminum frequentiam,

C asto frumentum syrtium silentio.

S ed mox in auras igneis iugalibus,

C urruq; raptus euolauit prepeti,

N e de propinquo sordium contagio

D irus quietum mundus afflaret uirum,

O lim probatis inclytum ieunijs.

N on ante coeli principem septemplicis

M oses tremendi fidus interpres throni

P otuit uidere, quam decem recursibus

Q uater uolutis sol per agrans sydera

O mni carentem cerneret substantia.

V ictus precanti solis in lachrymis fuit,

N am flendo pernox, irrigatum pulucrem

H umi madentis ore pressit cernuo,
D onec loquentis uoce perstrictus dei,
E xpauit ignem non ferendum uisibus.

I oannes huius artis haud minus potens.

D ei perennis præcucurrit filium
C uruos uiarum qui retorsit tramites,
E t flexuosa corrigens dispendia,
D edit sequendam calle recto lincam.

H anc obsequelam preparabat nuncius

M ox affuturo construens iter Deo,
C liuosa planis, confragosa ut lenibus
C onuerterentur, ne ue quicquam deuium
I n lapsa terris inueniret ueritas.

N on usitatis ortus hic natalibus,

O blita lactis iam uicto in pectore
M atris tetendit serus infans ubera,

N ec ante partu de senili effusus est,

Q uam prædicaret uirginem plenam deo.

P ost in patentes ille solitudines,

A mictus hirtis bestiarum pellibus,
S etis ue tectus, hispida & lanugine,
S ecessit, horrens inquinari, & pollui
C ontaminatis oppidorum moribus.

I lluc dicata parcus abstinentia

P otum, cibumq; uir seueræ industrie

I n usq; serum respuebat uesperum,

P arum locustis & fauorum agrestium

Liquore

Liquore pastum corpori suetus dare.
Hortator ille primus, & doctror nouæ
Fuit salutis, nam sacrato in flumine
Vtcrum piatas lauit errorum notas,
Sed tincta postquam membra defecauerat
Cœlo resulgens influebat spiritus.
Hoc ex lauacro labo dempta criminum,
Ibant renati non secus quam si rudit
Auri recocta uena pulchrum splendeat,
Micet metalli siue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Referre prisci stemma nunc ieiunij
Libet, fideli proditum uolumine,
Vt diruendæ ciuitatis incolis
Fulmen benigni mansuæctum patris
Pie repressis ignibus pepercérat.
Gens insolenti præpotens iactantia
Pollebat olim, quam fluentem nequiter
Corrupta uulgo soluerat lasciuia,
Et inde bruto contumax fastidio,
Cultum superni negligebat numinis.
Offensa tandem iugis indulgentie
Censura, iustis excitatur motibus,
Dextram perarmat rhomphaeali incendio,
Nimbos crepantes, & fragosos turbines
Vibrans, tonantum nube flamarum quatit.
Sed pœnitendi dum datur diecula,

S i forte uellent improbam libidinem,
 V eteresq; nugas condomare, ac frangere.
 S uspendit ictum terror exorabilis,
 P aulumq; dicta substitit sententia.
 I onam prophetam mitis ultor excitat,
 P oenæ imminentis iret ut prænuncius,
 S ed nosset ille cum minacem iudicem
 S eruare malle, quam ferire, ac plectere,
 T ecum latenter uertit in Tharsos fugam.
 C elsam paratis pontibus scandit ratem,
 V do reuincta fune puppis soluitur.
 I tur per altum, fit procellosum mare,
 T um causa tanti queritur periculi,
 S ors in fugacem missa uatem decidit.
 I ussus perire solus è cunctis reus,
 C uius uoluta crimen urna expresserat,
 P ræceps rotatur, & profundo immegritur,
 E xceptus inde beluinis faucibus,
 A lui capacis uiuus hauritur specu.
 T ransmissa raptim præda, cassos dentium
 E ludit ictus, in cruentam transuolans
 I mpune linguam, ne retentam mordicus,
 O ffiam molares dissecarent uidi,
 O s omne transit, & palatum præterit.
 T ernis dicrum, ac noctuum processibus
 M anxit ferino deuoratus gutture,
 E rrabat illic per latebras uiscerum,

Ventrīs

V entris recessus circumibat tortiles
 A nclus, extis intus æstuantibus.
 I ntactus exin teriae noctis uice,
 M onstri uomentis pellitur singultibus,
 Q ua murmuranti fine fluctus frangitur,
 S alsosq; candens spuma tundit pumices,
 R uctatus exit, seq; seruatum stupet.

I n Niniuitas se coactus percito
 G ressu reflectit, quos ut increpauerat
 P udenda Censor imputans ob probria,
 I mpendat, inquit, ira summi uindicis
 V rbemq; flamma mox cremabit, credite
 A picem deinceps ardui montis petit,
 V isurus inde conglobatum turbide
 F umum ruine, clavis & dire struem,
 T ecclius flagellis multinodi germinis
 N ato & repente perfruens umbraculo.
 S ed moesta postquam ciuitas uulnus noui
 H ausit doloris, heu supremum palpitat
 C urvant per ampla congregatum moenia
 P lebs, & Senatus, omnis etas ciuium,
 P allens iuuentus, ciuitates foeminae.
 P lacet frementem publicis ieiunis
 P lacare Christum, mos edendi spernitur
 G laudos amictus induit monilibus
 M atrona demptis, proq; gemma, & serico
 C rinem fluentem fordidus stragit cinctis.

S qualent recincta ueste pullati patres,
 S etasq; plangens turba sumit textiles,
 I mpexa uillis uirgo bestialibus,
 Nigrante uultum contegit uelamine,
 I acens harenis & puer prouoluitur.
 R ex ipse Chios æstuantem murices
 Læna reuulsa dissipabat fibula
 G emmas uirentes, & lapillos sutiles,
 I nsigne frontis exuebat uinculum
 T urpi capillos impeditos puluere.

N ullus bibendi, nemo uescendi memor,
 I ciuna mensas pubes omnis liquerat,
 Q uin & negato lacte uagientium
 F letu madescunt paruilorum cunulæ,
 S uccum papillæ parca nutrix denegat.
 G reges & ipsos claudit armentalium
 S ollers uirorum cura, ne uagum pecus
 C ontingat ore rorulenta gramina,
 P otum strepentis né ue fontis hauriat,
 V acuis querelæ personant præsepibus.
 M ollitus his, & talibus, breuem deus

I ram refrenat, temperans oraculum,
 P roper² sinistrum, prona nam clementia
 H aud difficulter supplicem mortalium
 S oluit reatum, fitq; fautrix flentium.
 S ed cur uictus te gentis exemplum loquor?
 P ridem caducis cum grauatus arubus

Iesus

Iesus, dicato corde ieunauerit,
Prenuncupatus ore qui propheticō
Emanuel est, siue nobiscum Deus.

Qui corpus istud molle naturaliter
 Captumq; laxo sub uoluptatum iugo,
 Virtutis arcta lege fecit liberum,
 Emancipator seruientis plasmatis,
 Regnantis ante uictor & cupidinis.

In hospitiali nang; secretus loco
 Quinis diebus octies labentibus,
 Nullam ciborum uindicauit gratiam,
 Firmans salubri scilicet ieunio
 Vas appetendis imbecillum gaudijs.

Miratus hostis posse limum tabidum
 Tantum laboris sustinere, ac perpeti,
 Explorat arte sciscitor callida
 Deus ne membris sit receptus terreis,
 Sed increpata fraude, post tergū ruit.

Hoc nos sequamur quisq; nunc pro uiribus,
 Quod consecrati tu magister dogmatis
 Tuis dedisti Christe sectatoribus,
 Ut cum uorandi uicerit libidinem,
 Late triumphet imperator spiritus.

Hoc est quod atrii liuor hostis iniudet,
 Mundi poliq; quod gubernator probat,
 Altaris aram quod facit placabilem,
 Quod dormientis excitat cordis fidem,

Quod limitat ægran pectorum rubiginem.
 Perfusa non sic amne flamma extinguitur,
 Nec sic calente sole tabescunt niues,
 Ut turbidatum scabra culparum seges
 Vanescit almo trita sub ieiunio,
 Si blanda semper misceatur largitas.
 Est quippe et illud grande uirtutis genus,
 O perire nudos, indigentes pascere,
 O pem benignam ferre supplicibus,
 Vnam, paremque fortis humane uicem,
 Inter potentes atque egenos ducere.
 Sat is beatus quisque dextram porrigit,
 Laudis rapacem, prodigan pecunie,
 Cuius sinistra dulce factum nesciat,
 Illum perennes protinus complent opes,
 Ditatque fructus foenerantem centuplex.

Ex Esaie cap. xlviii. Barb.

Haec sunt Esaie clamantis uerba prophetæ,
 Cum docet haud queuis sacra placere deo,
 Et monet Abramitas populos, non quelibet esse
 Munera, placari se quibus ille uelit.
 Vesta muni non sunt, inquit, ieiunia cordi,
 Quid premitis siccæ corpora uestra fame?
 Non cineres capiti aspersi, non horrida sacci
 Tegmine sunt Cilicum munera grata mibi:
 Lætere quem fratres sit prona licentia nobis,
 O Solymi, at que sunt discite grata magis.

Soluit

Soluite onus pressis, nec litibus addite lites,

Nec damnum cuiquam, nec fabricate dolos.

Si cui deest quod edat, miserantes frangite panem,

A tq; in uestra hominem ducite tecta uagum.

Contegite & nudos, inopem ridere caute,

T alia sunt quæ uult uester, amatq; Deus.

T alia qui curant, cedent feliciter olim

O mnia, & è celo lux orietur eis.

Qualis mane nouo, formosum & amabile sydus,

E xurgens puro Phosphorus igne micat.

Carmen posticium. Aut. Prud.

Christe seruorum regimen tuorum,

M ollibus qui nos moderans habenis,

L eniter frenas, faciliq; septos

Lege cocres.

I pse cum portans onus impeditum

C orporis, duros tuleris labores,

M aior exemplis, fanulos remisso

D ogmate palpas.

N ona submissum rotat hora solem,

P artibus uix dum tribus euolutis,

Q uarta deuexo superest in axe

Portio lucis.

N os breuis uoti dape uindicata

S oluimus festum, fruimurq; mensis

A dfatim plenis, quibus imbuatur

P rona uoluptas.

Tantus

Tantus aeterni sautor est magistri
 Doctor indulgens ita nos amico
 Lactat hortatu, leuis obsequula ut
 Mulceat artus.

Addit et ne quis uelit inueni
 Sordidus cultu lacerare frontem,
 Sed decus uultus, capitisq; pexum
 Comat honorem.

Terge ieiunans, ait, omne corpus,
 Nive subducto faciem rubore
 Luteus tingat color aut notetur
 Pallor in ore.

Rectius leto tegimus pudore
 Quicquid ad cultum patris exhibemus,
 Cernit occultum Deus, et latentem
 Munere donat.

Ile ouem morbo residem gregiq;
 Perditam sanat male dissipantem
 Vellus adfixis uepribus per hirta
 Dcuia sylue.

Impiger pastor reuocat, lupisq;
 Gestat exclusis humeros grauatus,
 Inde purgatam reuehens aprico
 Reddit ouili.

Reddit et pratis, uiridiq; campo
 Vibrat implexis ubi nulla lappis
 Spinosa, nec germen sudibus perarmat
 Arduus horrens.

Sed

Sed frequens palmis nemus, & reflexa
 Vernal herbarum coma, tum perennis
 Gurgitem uiuis uitreum fluentis

Laurus obumbrat.

Hicce pro donis tibi fide pastor,
 Seruitus que nam poterit rependi?
 Nulla compensant pretium salutis

Vota precantum.

Quamlibet spreto sine more pastu
 S ponte confectos tenuemus artus,
 Teq; contemptis epulis rogemus

Nocte, dieq;.

Vincitur semper minor obsequentum
 Cura, nec munus genitoris aequat,
 Frangit & cratem luteam laboris

Grandior usus.

Ergo ne limum fragilem solute
 Deserant uires, & aquosus albis
 Humor in uenis dominetur, egrum

Corpus eneruans.

Laxus ac liber modus abstinenti
 Ponitur cunctis, neq; nos seuerus
 Terror impellit, sua quenq; cogit

Velle potestas.

Sufficit quicquid facias uocato
 Numinis nuto prius, inchoare,
 Siue tu mensam renuas, cibumq;
 Sumere tentes.

Annuie

A nnuit dexter deus, & secundo
P rospexit uultu uelut hoc salubre
F idimus nobis fore, quod dicatas
C arpimus escas.

S it bonum supplex precor, & medelam
C onferat membris, animumq; pascat
S parsus in uenas cibus obsecrantum
C hristicolarum.

Ad diuum Michaelem, & angelos. Salu-

R egis aeterni celeres ministri,
L ucidas qui per uolitatis auras,
N ubium tractus rapida secantes
O cyter ala.

V os nec Eous superarit Eurus,
M edicæ pernix neq; uis sagittæ,
A polo terras quoties ad imas
T enditis alto.

A nte gemmatum domini tribunal
I ugiter stantes, celebri corona,
F unditis dium melos & sacrarum
C armina laudum.

C ura mortales miserios iuuandi
S æpe uos contra Stygiæ tyramnum
S edis armavit, Piceos & Orci
Egit in hostes.

T e q; præsentim sacer ô Michael,

Ense

Ense quem stricto metuit minantem

Cerberus, quamuis uomat hic trifaci

Ore uenenum.

Demonum delusa dolis uictus,

Filium Maiae blaterauit olim,

Aurca huc manes tenues & illuc

Ducere uirga.

Tu Dei interpres bonus, & minister,

Corporis emissas animas olymbo

Sistis, & diri tegis à rapaci

Vngue leonis.

Tu uoluntatis domini uerendæ

Organum, pollens hominumq; custos,

Qui salutari clypeo retundis

Hostica tela.

Tu crucis signo dominatum draconem

Deiçis summa regione cœli,

Sigñifer pugnax, superaq; fulgens

Gloria turbæ.

Vos supernates Genij, triforme

Quotquot ambitis statione numen

Perpeti, à cura uigili fideles

Cingite cœtus.

PROSPERI

PROSPERI AQVI=
TANICI EPISCOPI REGINENSIS
ex sententijs S. Augustini Epigram-
matum liber, utilissima doctrina ad
Christianæ uitæ institutio-
nem refertus.



VM sacrī mentem placet exercere
loquelis,
Cœlestijs animum pascere pane
iuuat:
Quosdam, ceu prato, libuit decerpere flores,
Distantisq; ipsos texere uerisculis,
Vt proprias canerent epigrammata singula causas,
Et pars quæq; suo congrueret titulo.
Nec nostrū hoc opus est, sed ab illo sumitur hic ros,
Qui siccā rupem fundere iussit aquas.
Vt quod in affectum cordis, pietate magistra,
Venerit, hoc promat carmine lēta fides.

Quæ sit uera innocentia.

Innocentia uera est, quæ nec sibi, nec alteri no-
cet. Quoniā qui diligit iniquitatem, odit ani-
mam suam. Et nemo non prius in se, quam in
alterum peccat.

PErfectè bonus est, & uerè dicitur insens,
Nec sibi, nec cuiquam, quod noceat faciens.
Nam quicunq; alium molitur lēdere, primum

Ipsum

Ipsum se iaculo percutiet proprio.
Et, cum forte animum non sit secuta facultas,
Non dubium in cordis uiscere uulnus habet.
Nec fugit infecti sceleris mens prava reatum,
Cui nimis hoc solum, quod uoluit, nocuit.

De hominibus diligendis.

Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligentur er-
 rores: quia aliud est amare, quod faciunt; aliud est odire,
 quod factiunt.

Naturæ quisquis propriæ non spemis honorem,
In quocunq; hominum, que tua noscis, ama.
Sic tamen, ut prauos uitet concordia mores
Nullaq; sint pacis foedera cum uitijs.
Nanq; quod artificis summi fecit manus, unum est,
Queq; autore bono condita sunt, bona sunt.
Diuinum in nullo figmentum despiciatur,
Sola malis studijs addita non placeant.

De uera æternitate.

Vera æternitas, & uera immortalitas non est, nisi in
 deitate. Trinitatis: cui, quod est esse, perfectum est: quia
 natura initio carens, incremento non indigens, sicut null
 ius finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ
 etiæ illæ, quibus Deus æternitatem dedit, uel datus
 est, non penitus omnis finis alienæ sunt: quia non sunt
 extra communionem dum illis finis est, & temporalis
 institutio, & localis motio, & ipsa in augmentum sui fa-
 ea mutatio.

Aeternus uerè est solus Deus omnิcreator,
Vita in se uiuens permanet esse, quod est.
Hoc pater, hoc uerbū patris, hoc est spiritus almus,

Quorum natura est una, eademq; trium.
 Non coeptum, aut auctū, nō huic mutabile quicq; est.
 Quod subeat leges temporis, aut numeri.
 Virtus præteritis prior, ulteriorq; futuris,
 Nil recipit uarium, nūl habet occiduum.
 Nam quas, ut uoluit, rerum sapientia fecit,
 Multis uita quidem est præstata perpetua.
 Sed quodcunq; potest sese amplius, aut minus esse,
 Quodam fine, ipsi quod fuerat, moritur.
 Sic nihil æternum, quod commutabile factum est,
 Quod cunctis supereft, semper idem deus est.

De patientia Dei.

Patientia Dei uera est, qua parcit contemptus, parcitq;
 negatus, & magis uult uitam peccatoris, quam mortem.
 Eruditio est poenitentialis, & oblatio correctionis. Nec
 ulla ipsius opera misericordie uacant, quando homini
 & indulgentia consulit & flagello.

M V Ita diu summi differt patientia regis,
 Suspendens æqui pondera iudicij.
Et, dum plectendis parcit clementia factis,
 Dat spatium, quo se crimine purget homo.
D eniq; committunt homines mala crimina semper,
 Dat spatium, ut pereant crimina, non homines:
V erbere nonnunquam castigans corde paterno,
 Ne cito consumant scua flagella reos.
S ic pietate Dei terrarum non uacat orbis,
 Et nihil est, quod nos non trahat ad ueniam:
C um rex saluandis ipsa quoq; consulit ira:
 Ut curet medicus uulnera uulneribus.

De ult

De ultione Dei.

Diuina bonitas ideo maxime irascitur in hoc seculo,
ne irascatur in futuro; & misericorditer adhibet tempo-
ralem seueritatem, ne æternam uiste inferat ultionem.

Cum Deus exerta peccantes uerberat ira,
Ut norint homines, quid mereantur, agit.
Nam dum mortalis peraguntur tempora carnis,
A uxilium miseris ipsa flagella ferunt.
Et uindicta breuis sic noxia crimina finit,
Ne sine fine habeat debita poena reos.

De uera Dei laudatione.

Vera confessio est benedicentis, quum idem sonus est
& oris, & cordis: bene autem loqui, & male uiuere ni-
hil est aliud, quam sua se uoce damnare.

Laus uera in dominum depromititur ore precantis,
Si que uoce fluunt, intima cordis habent.
Non prodest cuiquam solis bona dicere uerbis,
Ni pia mens haheat, quod bene lingua sonat.
Nam fari recte, miscrum est, & uiuere praeue,
Damnat nota malum regula iustitiae.

De uirtute charitatis.

Charitas Dei & proximi, propria, & specialis uirtus
est pitorum, atq; sanctorum: quum cæteræ uirtutes & bo-
nis & malis possint esse communes.

Plurima sanctorum bona sunt coumunia multis,
Et quiddam recti constat inesse malis.
Sed pia pars summe tendens uirtutis ad arcem,
O mne operum meritum uincit amore Dei:
Quo pariter quemcunq; hominum sic diligit, ut se,

Hoc optans alijs, quod cupit ipse sibi.
 Unde istis geminis uirtutum qui caret alis,
 Cœlorum ad regnum, non habet, unde uoleat.

De doctrina apostolica.

Doctrina apostolica tam salubris, tamq; uitalis est, ut pro capacitate uentium neminem sui relinquat exortem.
 Quia siue sint parvuli, siue magni, siue infirmi, siue fortis, habent in ea & unde alantur, & unde satientur.

Xuret Deus ut tetra caligine mundum,
E Doctrina accedit lumen apostolicae:
 Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
 Late rigans parvulos, pane cibans ualidos,
 Non tempus, non sexus huic, non causa resistit.
 Omnes curat, alit, iustificat, uegetat.
 Sumite quæ magna apposuit sapientia mente,
 Et uarijs pasci discite delitijs.
 Quarum pars, totum est epulu, quo quisq; iuuatur,
 Inde capit uitam, quam parit una fides.

De quærendo Deum.

Deum quærens, gaudiū quærerit; sic ergo quærerat, ut nō
 in se, sed in domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum,
 Illuminatur ignorancia, & corroboratur infirmitas, datur
 sibi & intelligentia, qua uideat, & charitate qua seruat.

Scire Deum cupiens, gaudere, & uiuere quærerit,
 Si uerum & summum norit amare Deum,
 Cui tribuat, quicquid recte sapit, optat, agitq;
 Et sine quo carnis gloria puluis erit.
 Non ergo in quoquam sua munera deserit autor,
 Perq; suum dominus se manifestat opus.

Inq; illis

Inq; illis habitat diues penetralibus hospes,

Quæ gaudent hoc se, cuncta quod ipse dedit.

De fastidio spiritali.

Sicut corpori noxiū est, corpoream escam non posse percipere; ita animæ periculōsum est, spiritales delitias fastidire.

VT perdunt propriam mortalia corpora uitam,

Si nequeunt escas sumere corporeas:

Sic animæ, nisi delitijs rationis alantur,

Dum uerbi eterni pane carent, percunt.

NAM quid erit, quod dira procul fastidia pellat,

Cum scipso refugit mens saturare Deo?

De malorum & bonorum finibus.

Nonnunq; multi sunt, qui a nō esse tendunt. Quid enim tam obnoxium paucitari, q; quod est debitu perditione?

ESSE deo uerū, & propriū est, cui quisquis adhæ-

Aeterni in regni lumine semper erit. (ret,

NAM, qui iustitiam spernunt, non esse laborant,

Inq; nihil tendunt, & nihil esse queunt.

NON ergo illorum poterit pars multa uideri,

Quorum in sanctorum nullus erit numero.

SED uerē magni, & multi sine fine manebunt,

In Christo, quorum gloria perpes erit.

De tranquillitate ultionis.

Non concupiscit deus pœna reorum, tanq; saturari desiderāt ultione. Sed quod iustū est, cum tranquillitate decernit, & recta uolunta disponit, ut etiam mali non sint inordinati.

NULLA deum oblectat miserorum pœna reorum,

Necc scelerum uindex ira mouet placidum,

Omnipotentis enim recta, & tranquilla uoluntas,

Quicquid decerni conuenit, hoc statuit:

Vt nullis pateat regis censura querelis,

Cum iuste accipiet debitus ordo reos.

De bono intellectu.

Bonum intellectum habet, qui, quod faciendum recte intelligit, facit. Alioquin talis est sine opere intelligentia, qualis est sine timore sapientia: quum timor sapientiae sit timor domini.

Scriptorum domini plenè uidet omne profundum,

Implet qui factis cognita uerba pijs,

Nam nimis ascensu doctrinæ decius errat,

Si, quæ curauit scire, fugit facere.

De requie adhuc in carne uiuentis.

Habet iam in hac uita requiem suam anima, que de morte infidelitatis exempta est: & non ab operibus iustitiae, sed ab iniquitate se abstinet actione. Ut uiuens Deo, & mundo mortua, in his militatis & mansuetudinis placida tranquillitate requiescat.

Es & in hac uita requies multis data sanctis,

Quorum animas mundus non tenet occiduus:

Quos desiderijs nullis peritura fatigant,

Et quibus omne bonum est Christus, & ois honor.

Vtuntur terra, ut coelo, fugientia temnunt:

Quod credunt, quod amant, quod cupiunt, Deus est.

De uouendo Deo.

Quisquis bene cogitat, quid Deo uoueat, & quæ uota persoluit, seipsum uoueat, & reddat. Hoc exigitur, hoc debet: imago Cæsari, reddatur Cæsari: imago Dei, reddatur Deo. Sed sicut intendū est, quid, & cui offeras; ita etiā considerandū est, ubi offeras. Quia ueri sacrificij extra catholicā ecclesiā locus non est.

Quid uoueat domino, quisquis bene corde uolutat,

Ipsum se totum preparet, & uoueat.

Maior enim offerri nequit hostia mentis in aræ,

Nec Christi ex templo suauior exit odor,

Quam

Quam cum homo castorū profert libamina morū,
 Et de virtutum munere sacra litat,
 Sic tamen, ut norit, qui reddit uota tonanti,
 Num diuinis cultibus esse locum.
In toto mundo, quem uera ecclesia præbet,
 Et sine quo nullum iustitia est meritum.

De iustitia & gratia.

Duae sunt retributiones iustitiae, quā aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiae, quā per regenerationem remittuntur mala, & retribuuntur bona: atque ita manifestatur, quia uniuersae uiae domini misericordia & ueritas. Illam autem impiorum retributionem, qua pro bonis mala restituunt, Deus nescit: qui nisi retribueret bona pro malis, non essent, quibus retribueret bona pro bonis.

Iustitiae merces gemina est, uel cum bona rectis,
 V el prauis dignè cum mala restituit.
Saluatrix autem cunctorum gratia Christi
 Non pensans meritum, diluit omne malum:
Credentesq; omnes renouans baptismate sacro,
 Dat bona, que propter det meliora bonis.

De supernæ patriæ ciuibus.

Omnis, qui ad supernam periret ciuitatem, peregrinus est mundi: & dum temporali uititur uita, in patria uituit aliena: ubi inter multa fallacia, & multa illecebrosa Deum nosse, & amare paucorum est, quibus præceptum domini sit lucidum illuminans oculos, ut nec in Dei, nec in proximi charitate fallantur.

Celeste ad patriā in Christo redimente uocatus,
 Vitam labentis temporis hospes agit:
Dumq; ad promissam requiem non per sua tendit,
 Mundana patitur multa pericla uiae:

Que nunc obessa aduersis, nunc plena secundis,

Aut frangit trepidos, obligat aut dubios:

Inter quos laqueos currentem ad gaudia uitæ

Non capiet mundus, cui via Christus erit.

De carnis cupiditate uincenda.

Nemo est, cuius animum corruptibile corpus, & inhabitat terrena non aggrauet. Sed annitendum est, ut cupiditates carnis, spiritus uigore superentur: & interior homo, qui sibi semper sentit resisti, semper se diuino expecte auxilio adiuvari.

Nulla anima est, que non mortali carne grauetur,

Nec que corporea conditione gemat.

Sed confirmare inuaidam, & frenare rebellem,

Legitimum, & proprium est mentis opus domine.

Que uis naturæ, ut moderamine temperet aequo,

Et subdat sceptris noxia quæq; suis.

Auxilium à domino, & uires petat, ut ualeat se

Vincere, nec sensus incitet ipsa suos.

Nam nullus famule poterit compescere motus,

Ni fuerit Christi semper amore potens.

De angusta uitæ uia.

Angusta est uia, que dicit ad uitā. Et tamen per ipsam, nisi dilatarato corde non curritur: quia iter uirtutum, quo gradiuuntur pauperes Christi, amplum est fidelium spei, etiā si arctum sit infideliū uanitati.

Acta uia est, uere que dicit ad atria uitæ,

Nec recipit carnis gaudia mentis iter.

Amplis incedit spatijs terrena uoluptas,

Angusto uirtus limite celsa petit.

Et tamen hi calles, quos mundi uia pauescunt,

Quedam magnificis æquora sunt animis.

Difff

Difficilis q; nimis per dura, per ardua gressus
Commendat fidci, quod tolerare iuuat.

De præmio religionis Christianæ.

Hoc affectu, et desiderio colendus est Deus, ut sui cultus
ipse sit merces. Nam, qui deū ideo colit, ut aliud magis,
quam ipsum, promeretur, non Deum colit, sed id quod
affectu concupiscit.

Hac desiderij Deus est pietate colendus,
Iustitia ut merces tota sit ipse Deus.

Nam sperans alio sc̄ munere posse beari,
Non, quod poscit, amat, sed quod habere cupit.

De occultis non iudicandis.

De occultis cordis alieni temere iudicare peccatum est, et
eum, cuius opera non iudicantur, nisi bona, reprehendere
ex suspitione, iniquum est, cū eorū, que homini sunt inco-
gnita, solus deus si iudex iustus, et inspecto est uetus.

Culpare in quoquā, que non sunt nota, malignū est
Præsertim, que sunt cognita, si bona sunt.

Non patent faciles seuis rumoribus aures,
Quae nescire iuuat, credere non libeat.

Linquantur secreta Deo, qui, si quid opertum est,
Inspicit, et nullis indiget indicijs.

De adiutorio Dei.

Divini est muneris, cum & recta cogitamus, & pedes no-
stros a fallitate, & iniustitia continemus. Quoties enim
bona agimus, Deus in nobis, atq; nobiscum, ut opere-
tur, operatur,

Non dubie nostri Deus est & rector, & autor,
Cum toto affectu, que bona sunt gerimus.

Ex operum specie clarebunt intima cordis,
Qui ue hominis mentem spiritus intus alit.

Sanctus enim sanctos facit, & de lumine lumen

E xoritur, nullus fit bonus absq; Deo.

De passionibus sanctorum.

Iusto iudicio dei datur plerunq; peccatoribus optata potestas, qua sanctos ipse persequuntur, ut qui spiritu dei iumentur, et aguntur, sicut per laborum exercitia clariores.

Q uod plerunq; mali in sanctos seuire sinuntur,
Quodq; bonis prauis sepe nocere queunt,

A bsq; dei nutu non sit, qui corda suorum

H is etiam bellis glorificanda probat.

C rescunt uirtutum palmæ, crescuntq; coronæ,
M utantur mundi prælia pace dei.

De scientia boni.

Non est uera scientia boni, nisi ad hoc comprehēdatur, ut agatur. Nō enim utiliter meditatur legē Dei, qui laborat, ut memoria teneat, quod actione non implet.

Sicut legem, docteq; tenet iussa omnipotentis,
Qui, quod nouit, agens, diligit id, quod agit.

N on satis est domini præceptum uoluere lingua,
*I*s meminit legis, qui memor est operis.

De amore legis.

Qui legē dei diligit, probat se in omnibus ini quis id, quo contra legem est, odisse, non homines.

Legem spernentes odit cum legis amator,
*N*on homines odit, sed reprobat, quod agunt.

De scrutandis mandatis Dei

Mādata Dei scrutari, nisi quieta mens nō potest, ut ergo religiosum exerceatur studiū, abigēda sunt iurgia malignorum.

Scrutari legem possunt utcunq; quieti,
*S*i mundi à strepitu libera corda uacent.

Vt mens ergo pijs studijs intenta iuuetur,

Prælia

Pralia diuinus carnea uincat amor.
Nam templum domini per sacra silentia crescit,
Et tacita struitur non ruitura domus.

De proficiendo.

Nemo tam eruditus, nemo tam doctus est, qui superna illustratione non egeat. Non enim ita ulla diuinorum bonorum augmenta sufficiunt, ut non semper super sit, quod mens rationalis, et intelligendū defyderet, et gerendum.

Doctrinæ domini penetralia tempore in isto
Ad plenum nulli peruia sunt homini.
Semper enim sanctis superest, quo crescere possint,
Et perfectorum gloria principium est.
Virtutem uirtus pariat, de lumine lumen
Prodeat, atq; omnis palma gradum faciet.
Nam cur non cupide mens querat, quæ Deus offerte?
Cui danda ut recte posceret, ipse dedit?

De duplice opere Dei.

Si omnes homines simul conſyderemus, quorum alij
 misericordia salvi fiunt, alij ueritate dominantur; uni
 versæ uiae domini, id est, misericordia & ueritas, suo fl
 ne distinctæ fuit. Si autem solos sanctos intuciamur, non
 discernuntur haec uiae domini. Individua enim ibi est, & a
 misericordia ueritas, et a ueritate misericordia: quia be
 nitudo sanctorum & de munere gratiae est, et de retribu
 tione iustitiae.

Omibus in rebus geminum est opus omnipotentis,
Totum iustitia est, quod gerit, aut pietas.
Quae simul in terris descendunt lucis ab arce,
Ne cuiquam parti desit utrumq; bonum.
Et quoniam cuncti auxilio miserantis egemus,

Præcedit

P raece^dit semper gratia iustitiam
D amiantem elatos, saluantem iustificatos,
Q uos deus & donis auxerit, & meritis.

De obseruantia pacis.

Christianæ profectionis est, pacificum esse, etiācum pacis
inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis, ut
sinec exemplum, nec cohortationē dilectionis sequan-
tur, causas tamē non habeat, quibus odīse non debeant.

M Oribus in sanctis pulchra est concordia pacis,
C um multis unum conuenit, atq; placet.
S ed tantū hoc toleranda modo sunt foedera amoris,
V t solis pax hæc sit tribuenda bonis.
I niustis etiam præstetur iusta uoluntas,
N ec quenquam spernant uota benigna hominem.
N on, ut amicitiae uitijs sc̄ientur inquis,
A dſit, sed prauis ut medicina animis.
Q ue si pace sua non sedat turbida corda,
N obis non possit, nostra perire quies.

De custodiā dei.

C ustodit nos dominus ab omni malo, non ut nihil patia-
mur aduersi, sed ut ipsis aduersitatibus animi non lœda-
tur. Cum enim tentatio adeſt, fit quidam in id, quod nos
impugnat, introitus, & cum bono fine, id est, sine vulne-
re anime, tentatio consumatur, ad æternam requiem de
profundo temporalis laboris extur.

S Acep quidem dominus sic cuncta aduersa repellit,
V t nullo attingi vulnere possit homo.
S ed mirabilior tunc est manus omnipotentis,
I llata afflictum cum mala non superant.
L audetur custos uirtutem dantis tolerantis,

Intima

Intima corrumpat ne furor exterior.

Nam non certanti nulla est speranda corona,

P almam, qua capitur gloria finis habet.

De Adiutorio Dei.

Ad cœlestis Hierusalem consortium non ascendunt, nisi qui toto corde proficiuntur, nō proprij operis, sed diuinæ esse munera quod ascendunt.

Cœlestem ad patriā tendens cognosce uocantem,
C uius proueheris, si bene curris ope.

N am si te uirtute tua ad cœlestia credis

S candere, de superis pulsus ad ima cades.

De odijs mundi in Christianos.

Omnes qui in Christo uolunt pie uiuere, necesse est, ut ab impijs, & dissimilibus patiarū opprobria, & espiciantur tanquam stulti, et insani, qui præsenzia bona perdant, et iniurib[us] libi, ac futura promittant. Sed hæc despectio, & hæc irrisio in ipsos retoquebitur, cū et abundāta eorum in regestarem, et superbia transferit in confusione[m].

Impia pars mundi parti est infesta piorum,

N ec tolerare potest dissimiles animos,

Ridens nolentes opibus præsentibus uti,

S perantesq[ue] sibi credita posse dari.

Sed spernenda hæc sunt populis opprobria sanctis,

Quæ stulte iaciunt corda aliena Deo.

Nam spes nostra ex hoc uisu fit certior omni;

Quod spondens, quicquid credimus, hoc Deus est.

De patientia fidelium.

Tota fidelis salus, tota patientia fortredo ad eum, cui in sanctis suis est mirabilis referenda est, quia nisi in ihsus Deus esset, furori impiorū fragilitas humana succumberet.

CVM constans anima aduersis non frangitur ullis,
Et fidei uirtus intemerata manet,
Norit inesse sibi dominum patientia fortis,
Inq; eius domum, quod steterit, referat.
Nam quod non cecidit, proprijs si uiribus optat,
Hoc ipso, quo se stare putat, cecidit.

De obsequijs debitis.

Ita et a plebis principes, & a seruis domini sunt ferēti,
 ut sub exercitatione tolerantiae substineantur tempora-
 lia, sperentur eterna. Auget enim meritum uirtutis, quod
 propositum non violat religionis.

REdendum est, quicquid mudi bene postulat ordo,
Propositumq; pie non violat fidei.
Mitibus, & sanctis nulla est spernenda potestas,
Aequum seruire est regibus, & dominis,
Vt Christi famulis ad uerum profit honorem,
Dilexisse bonos, & tolerasse malos.

De toleranda uarietate mundana.

Recti corde de preceptis dei, & constitutionibus non que-
 runt: quia iustum est euanimite omnia accipi, quae
 iudicatus uolut tolerari.

DVM mutabilium decurrunt tempora rerum,
Dumq; suis mundis motibus atteritur,
Rectorum est aduersa pati, & tolerare modeste,
Nec querula in quoquam uoce mouere Deum.
Cuius iudicio nulli parcerit iniquo,
Et perpes iustos gloria suscipiet.

De ædificatione domus Dei.

Omnis sancti ædificij status, sicut Deo cooperante proficit, ita Deo custodiens consistit. Quoniam iunc utilis propositorum custodia est, cū spiritus Dei populo suo presidet, & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores.

Dum lapides uiui pacis compage ligantur,
Inq; pares numeros conuenit una domus.

Claret opus domini, qui totam construit aulam
Efficitq; pijs dat studium hominum,
Quorum perpetui decoris structura manebit,
Si perfecte autor protegat, atq; regat.

De æternis gaudijs.

Æternæ ciuitatis, æterna sunt gaudia, & flantium dierum perpes infinitas, nec uariabitur, nec labetur, quia incomparabili pace possentur quorū omnium erit bonus, quod fuerit etiam singulorum.

Semper erunt, quod sunt, æternæ gaudia uite,
Gaudendi quoniā causa erit ipse Deus.
Nec uarios pariet motus diuersa uoluntas.
Num erit in cunctis lumen, & unus amor,
Inq; bonis summis posita experientia felix,
Nec uolet augeri, nec mactuet minui.

De lege charitatis.

Lex Christi perfectio charitatis est, qua deus proximusque diligitur, et per quam dicitur conditori legis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Bene enim expectat promissionem Dei, qui mandatum eius exequitur, nec frustra sperat parcentum peccatis suis, qui ignoscit alienis.

Veris

Verus amor Christi uera est custodia legis,
Et mandata Dei complet amans homines,
Quorum ignoscentes culpis sua crimina soluunt,
Quodq; alijs tribuunt, hoc sibi prospiciunt.
Det peccatori ueniam peccator, & aequa
Conciliat Dominum conditione sibi,
Cuius iuditium de nostro examine pendet,
Quod serimus, metimus, quod damus accipimus.

De iussionibus Dei.

Nihil Deus iubet, quod sibi proficit, sed illi cui iubet, Ideo
uerus est Dominus, qui seruo non indiget, & quo seruus
indiget.

Non ideo quicquam mandat Deus, ut sibi proficit,
Non ecclesi officio uerus eget Dominus.
Cuius praeceptis augetur, qui famulatur,
Fitq; minor quisquis negligit imperium
Nam Deus omnipotens, simul omnitenensq; potestas
Nil perdit proprium, nil capit occiduum.
Nunquam non habuit, quod habet, dans quicq; haberi
Proderit, & sumens non nisi, quod dederit.

De temporali scientia,

Id quod in tempore nouu est, nō est nouu apud Deum, quia
condidit tempora, et sine tempore habet omnia, ouæ suis
quibusq; temporibus pro eorum uaria ætate distribuit.

In solitum si quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetq; nouum.
Sed rerum auctori nullus non cognitus ordo est,
Cernenti quicquid secula cuncta ferunt.

Q. 4. 6.

Que non incerto uoluunt magna agmina motu,
Sed sub iuditio stantq; fluuntq; Dei.

Vt nihil existat naturae in partibus ullis,
Quod non ille suo temperet arbitrio.

De prouidentia Dei.

Mutabilium dispositionē immutabilis ratio Dei con-
tinet, ubi sine tempore simul sunt, quæ in temporibus
non simul sunt: quia tempora non simul currunt.

LEx æterna Dei stabili regit omnia nutu,
Nec mutat uario tempore consilium.

Vt locis præsens simul est Deus omnibus unus,
Sic rerum metas secum habet, & numeros.
Nec serum, aut properū sibi sentit in ordine rerum,
Cui cuncta assistunt acta, & agenda simul.

De impunitate peccantium.

Nihil est infelius felicitate peccantium, qua pœnalis
nutritur impunitas, & mala uoluntas, uelut hostis interi-
or, roboratur.

Qui se peccatis gaudet felicitcr uti,
In felix nimis est prosperitate sua.

Dumq; capit miseros effectus praua uoluntas,
A uera semper luce fit exterior,

Sumens pestifera de consuetudine robur,
Et sua complectens uincula mortis amor.

Deficiant potius uana oblectamina mundi,
Subdanturq; pio colla domanda iugo.

Inq; putres fibras descendat cura medentis,
Vt blandum morbum pellat amica salus.

SCHOLAE CHRI/ De legis litera.

Legis litera, quæ dicit non esse peccandum, si spiritus uiuis-
cans de se occidit: scire enim peccatum facit potius, q̄d caueri.
Et ideo magis augeri, q̄d minui: quia male concupiscentiae etiā
prævaricatio legis accedit.

Index peccati lex est, plectenda uetando,
Quae nisi cor mundet spiritus, intermit.
Nullus enim est insensu sola formidine poenæ,
Qui sanctum & iustum non amat imperium.
Hunc tamen effectum non lex, sed gratia confert,
Quodq; iubet legis littera uelle facit.

De lege & gratia.

Lex data est, ut gratia quereretur: & gratia data est, ut lex im-
pleretur. Neq; enim suo uitio non implebatur, sed uitio pruden-
tiae carnis: quod uitium per legem demonstrandum, per gratiam
sanandum fuit.

NON seruit iussis legis prudentia carnis,
Peccati stimulus nec superare potest.
Sed quia mens anceps patitur mala corporis ægri,
Quærere diuinum cogimur auxilium.
Lex igitur facit, ut poscatur gratia Christi,
Ardua qua legis iussa queant fieri.
Nec iam non ualeant carnales uincere sensus,
Quos iustæ legis conditor ipse iuuat.

De promissione Dei.

Hoc promittit Deus, quod ipse facit. Non enim ipse promit-
tit, & alius facit: quod iā non est promittere, sed prædicere. Ideo
non ex operibus, sed ex uocante: ne ipsorum sit, non Dei: & mer-
itis non imputetur secundum gratiam, sed secundum debitum:
atq; ita gratia iam non sit gratia.

Quod Deus omnipotens promittit, perficit ipse,
Nec proprium externis viribus implet opus.
Hinc

Hinc secura fides sperat, quod credit, amatq;

Autorem, qui quod spondet, id efficiet.

Nam, si quæ dominus promittit, non operatur,

Sed solum humanum præuidet arbitrium:

Non hæc dona eius, sed sunt prædicta uocanda,

Ceu quisquam ex proprio sit bonus absq; Deo.

Quod quia non recipit pietas, ueroq; repugnat,

Gratia nos reparat, gratia iustificet:

Quæ sic in cunctis implet sua dona uocatis,

Vt quorum dux est, fiat & ipsa comes.

De fideliū culpis, & infideliū bonis.

Sicut non impeditunt ab æterna uita iustum quedam peccata
venialia, sine quibus hæc uita non ducitur: sic ad salutem æter-
nam nihil profundit impio aliqua bona opera, sine quibus diffici-
lissime uita cuiuslibet pessimū hominis inuenitur.

Vt quedam tenues maculæ in splendore piorum,

Maior uirtutum quas uacuat numerus,

A eternæ donis nequeunt obſistere uitæ,

Nec merita obſcurat grandia culpa leuis;

Sic aliquid plerunq; boni pars impia gestat,

Magni mole mali quod facile obruitur.

Nec prodest quiddam recte sapuisse malignis,

Si uerum, & summum non coluere Deum.

Vna fides igitur, spes una est, atq; amor unus,

Quo fiat iustus, sitq; beatus homo.

Nam bona, quæ prauis naturæ ex dote supersunt,

Augent peccati pondera, non minuunt.

De malæ uoluntatis effectu.

Cum uoluntas mala potestatem accipit efficiendi quod cupit,

ex iudicio Dei uenit, apud quem non est iniq[ue]itas. Punit enim etiam isto modo, nec ideo iniuste, quia occule. Ceterum iniquus puniri se ignorat, nisi quod manifesto supplicio senserit, nolens, quantum mali sit, quod perpetravit uolens.

Cum datur iniusto peccandi optata potestas,

Vt mala mens, prae quod cupit, efficiat,

Ira Dei magna est, qua multos sic quoq[ue] punit,

Vt quibus exultant, criminibus pereant.

Crescit enim occulte cum longo poena reatu,

Ausibus illicitis si nihil obstiticerit.

Et magis, erranti ne parcant flagra, timendum est,

Quam ne non fiat, quod uoluisse nocet.

De superbia.

Omnia uitia in malefactis tantummodo ualent, sola superbia etiam in rebus factis cauenda est.

Omne genus uitij proprio tantum ualeat actu,

Et peccata suam quoq[ue] gerunt speciem,

Sola est innumeris armata superbia telis,

Cui possunt uires, & bene gesta dare.

De impari usu Fortunæ.

Interest plurimum, qualis sit usus, uel earum rerum, quæ prospere dicuntur, uel earum, quæ dicuntur aduersæ. Nam bonus temporalibus nec boni extollitur, nec malis frangitur. Malus autem ideo huiusmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur.

Non rebus mundi non idem est omnibus usus,

In ec cuncti paribus cuncta ferunt animis.

Namq[ue] bonos nō blanda inflant, nō aspera frangunt,

Sed fidei imictæ gaudia uera iuuant.

Terre autem, & foeni breuiter florentis amator,

Seu caret optatis, seu fruitur, miser est.

De morte Sanctorum

Mala mors putanda non est, quā bona uita præcesserit. Non enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortē. Non itaq; multum curandum necessario morituris quid accidat ut moriantur, sed moriendo ire cogantur.

Cuncta bonis prosunt, quos & mors ipsa beatos efficit, ut sumant præmia principium.

Ille igitur finis malus est, quem pœna sequetur, Et qui perpetui porta doloris erit.

Non quo assumentur lachrymæ, cunctiq; labores, Ut ueteris pereant omnia signa mali.

De puritate quam non perdit inuitus.

Ita non amittitur corporis sanctitas manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso: sicut amittitur sanctitas corporis violata animi puritate, etiam corpore intacto.

Mens illæsa nihil uiolato corpore perdit, In uitam carnis uulnera non maculant.

Nec crimen facti recipit non mixta uoluntas, Velle magis facinus, quam tolerare nocet.

Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt, Ut plerung; animus sit sine carne reus,

Dum, quod ab intacto semotum est corpore, solus concipit, & tectis motibus intus agit.

De fortitudine tolerantia.

Maior animus merito dicendus est, qui uitam ærumnosam magis potest ferre, quam fugere, & humanum iuditium, maxime vulgare, quod plerung; caligine erroris inuoluitur, pro conscientiæ luce, ac puritate contemnere.

Quia ualeat aduersis operatam ducere uitam, Et tollerare magis uult mala, quam fugere

Maioris multo est animi, quam ferre pauescens
Indocti iniustum iuditum populi.

Mens etenim recta, & puri sibi conscientia cordis
Hoc plus splendescit, quo magis atteritur.

De humilitate iustorum.

Iustis quicquid malorum ab iniquis dominiis interrogatur, non
poena est criminis, sed virtutis examen, Nam bonus etiam si ser-
uat, liber est. Malus autem etiam si regnat, seruus est, nec unius
domini, sed quod est grauius, tali dominorum, quo uitiorum.

Oppressis quoties iustis dominantur iniqui,
Non est puniti supplicium meriti.
Sed virtus fidei sub tali examine crescit,
Nec seruile grauat libera corda iugum.
Solus peccator male seruit, qui licet amplio
Vtatur regno, sat miser est famulus,
Cum mens carnalis, nimium dominante tyranus,
Tot seruit sceptris, dedita quot uitijs.

De oblatione uotorum.

Nemo quicquam domino recte uoueret, nisi ab ipso ac
ceperit, quod uoueret.

Optima uota Deo, quorum est dator ipse, uouentur.
Hoc sursum dignum est ire, quod inde uenit.

De essentia Deitatis.

Omnis substantia, que Deus non est, creatura est, & que crea-
tura non est, Deus est. Nulla igitur differentia est in deitate trini-
tatis, quoniam quod Dominus est, Deus non est.

Natura omnipotens una est, que cuncta creauit,
Et proprie quod sunt, omnibus esse dedit.

Quodq; Deo minus est, non est Deus, à patre natum
Verbum, & qui auctorum spiritus est, Deus est.

Vna eademq; trium quoniam est essentia, qua se

Nunquam uel maior, uel minor esse potest.

Quales nos diligat Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono,
non quales sumus nostro merito.

Tales à domino, quales formamur, amamur,

Non quales nostris extitimus meritis

Sanctificet, doceat, plantet, riget, excolat, ornet,

Et sibi perpetuo quod placeat, faciat.

Nam nihil est hominis, quod digne possit amari,

Perficiat proprium ni bonus autor opus.

De intemporali opere Dei.

Ordo temporum in eterna Dei sapientia sine tem-
pore est, nec aliqua sunt apud illum noua, qui fecit, quæ
futura sunt.

Artifice in summo sine tempore temporis ordo est,

Inq; Deo rerum non uariat series.

Aeterno autori simul aduersum omnia semper,

Cum quo in factorum est ordine, quicquid erit.

De principali rerum omní- nium causa.

Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporali-
um, spiritualiumq; motionum. Nihil enim sit uisibiliter, ac sen-
sibiliter, quod non de inuisibili, atq; intelligibili summi impera-
toris aula, aut iubeatur, aut permittatur secundum ineffabilem
iustitiam præriorum, atq; penarum, gratiarum, & retributio-
num in ista totius creaturæ amplissima quadam, immensâq;
republica.

Principium Deus est mundi, quo cuncta mouentur,

Et quæ permittit, uel iubet, autor agit.

Hinc mutabilium rerum immutabilis ordo,

A eterni seruit legibus artificis.
Inq; suos fines procedit quæq; uoluntas,
 Nec uarijs meritis arbiter æquis abest,
 Corda regens, uires tribuens, peccata remittens,
 M itis subiectis, implacidus tumidis,
 V t nec poena malum quenquam, nec gloria iustum
 Suscipiat, nisi cum laude, & honore Dei.

De finibus honorum malorumq;.

V itæ uiam sequi uolens tutam, ne malis, quibus natura no-
 stra scatet ab ineunte ætate, inescatur, uerbi domini diligens sit
 auditor, ex quo discer quid nam agendum, quid ue fugiendum
 sit. Et statim an deum supra omnia diligit, uel aliud quiddam expe-
 rientur, siccq; in seipso quid nouis homo, quidq; uetus addiscet.

Scire uolens, in qua rerum sis parte locandus,
 D iscute, quid timeas, quid ue sit id, quod amas.
 N am cuncti hoc gemino nascuntur somite motus,
 R espondentq; suis germina principijs.
 E t quod quisq; bonum sibi tempore duxit in isto,
 H oc summi regis iuditio capiet.
 A ngelicos ciues & Christi in membra renatos,
 N on trahat ad ueterem carnis origo hominem.
 M ulta quidē in nostros mundus bona procerat usus,
 E t pleno tellus seruit opima sinu.
 S ed terra hospitiis, cœli super astra uocatis,
 V irtutis palma est spernere blanda soli,
 E t sic presentis statim præcurrere uitæ,
 I psa peregrinis ne uia sit laqueus
 Nam declinantes pro summis ferre laborem,
 T errenorum audios infusa suscipient.

De ineffabili excellentia Deitatis.

Excedit supereminentia deitatis non solum usitati eloquij nostrâ, sed etiam intelligentiae facultatem. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur, & uerius est, quam cogitatur. Non parvae autem notitiae pars est, si ante quam scire possumus, quid sit Deus, possumus scire quid non sit.

NVlla quidem mens est mortali in corpore uiuens,
Quæ plena uideat cognitione Deum.

Sed miris operum signis ostenditur autor,
Rectoremq; suum condita queq; canunt.

Vnde licet fandi uires, animiq; uigorem

Vincat, & excedat gloria, lausq; Dei,

Nos tamen officio cordis gaudemus, & oris,

Et tanto oblectat succubuisse bono

Hinc fidei uirtus, hinc flamma oriatur amoris,

Quod latet, exercet, quod superat reparet.

De superbia diaboli & Christi humilitate.

Diabolus superbis hominem superbientem seduxit ad mortem: Christus humilis hominem obedientem reduxit ad uitam. Qui a sicut ille elatus cecidit, et deiecit consentientem, sic iste humiliatus surrexit, & erexit credentem.

LActifer immodico naturæ elatus honore

Angelus, inde hominem subruit, unde ruit.

Sed Christus miserans deceptum fraude maligni,

In se illi ad uitam posse redire dedit,

Si caueat pastis hostis seruire superbi,

Sectari & studeat formam humiliis domini.

Qui patris in deitate manens Deus omnicreator,

Verus de sacra uirgine natus homo est.

Sic nostrum assumens matris de corpore corpus
Esset ut assumptæ carnis origo Deus,
In quo per lauacrum fidei uirtute renata
Cœlestè accipiet gens noua principium,
Nil hominis primi retinens, sed plena secundi
Splendore in capitis glorificanda sui.

De uera beatitudine.

Omnes beati habent quod uolunt, quamvis non omnes qui
 habent quod uolunt, continuo sunt beati. Continuo autem mi-
 seri, qui uel non habent quod uolunt, uel id habent quod non re-
 ste uolunt. Propior ergo est beatitudini uoluntas recta, etiam
 non adepta quæ cupit, quam prava, etiam si quod concupivit
 obtinuit.

Non semper uere est felix impleta uoluntas,
Cùm sepe iniustis sint mala uota animis.
Recta igitur cupiens, etiam si non sit adeptus,
Persistendo tamen uelle bonum bonus est.
At prauus, quod fert animo, si non habet actu,
Tam miser est, quam si, quod cupit, obtineat.

Quid sit esse cum deo.

Magna hominis miseria est cum illo non esse, sine quo non
 potest esse. In quo enim est, sine duobus sine illo non est, & tamen
 si eius non meminit, eumque non intelligit, neque diligit, cum illo
 non est.

Maiestate Dei concluditur omne quod usquam est,
Qua sine nil rerum stare, uel esse potest.
Huic homo si recte simulatur, proximus heret,
Si resilit, misero degit in exilio
Omnia sic dominus discriminat ordine iusto,
Quo sint summa bonis, ima parata malis.

De incarnatione uerbi Dei.

Diuinitas uerbi æqualis patri facta est particeps mortalitatis nostræ non de suo, sed de nostro, ut & nos efficeremur particeps diuinitatis eius, non de nostro, sed de ipsius.

OMnipotens genitor, natusq; & spiritus almus

Vna in personis par tribus est deitas,

Que genus humanum prostratum fraude maligni

A d uitam hac fecit posse redire uia,

Naturæ ut nostræ Christus causeq; redemptor

M ortalis fieret, non minuens, quod erat,

P erq; habitum scrui, vacuaret iura tyranni,

E t letum leto uinceret immerito

Hinc uerbum carni insertum, carnemq; receptans,

N ec se confundit corpore, nec geminat.

S ic naturam hominis, uirtute augente superna,

E sset ut in uero lumine lumen homo.

Qui uires mortis per uitæ absorbuit haustum.

F actum est eternum, quod fuit occiduum,

Quisquis consilio aterno contraria sentis,

E t uerbum in nostra carne manere negas,

Diuinæ pietatis opus dissoluere queris,

S peq; sua mundum dispoliare cupis.

Nam quis uentura quenquam saluabit ab ira?

Quis ue hominis primi crimine liber erit?

Si deitas uerbi non nostræ est insita carni,

A ut Christus falsi corporis umbra fuit,

Qui genitus puer est intactæ uirginis alio,

Quæ

Que natura annis creuit, & aucta cibis?
 In qua prole patrem mundi se credidit Abram.
 Quæ ue eius stirpis est omnia sanctificans?
 Quod regale genus simul est, & pontificale?
 Qui ue idem David filius, & dominus?
 Peccati seruis, & mortis compede uinctis
 Vnam est dignatus ferre redemptor opem.
 Qui nostri generis carnem cum morte receptans
 Nostra, hosti, ut nobis uinceret, opposuit.
 Et carne exuta dominantem perculit hostem,
 Ut caperet palmam præda uictuſta nouam.

Quo odio odiendi sunt mali.

Perfectum odium est, quod nec iustitia, nec scientia caret, id
 est, ut nec propter uitia homines oderis, nec uitia propter homi
 nes diligas. Recte ergo in malis odimus malitiam, & diligimus
 creaturam, ut nec propter uitium natura damnetur, nec prop
 ter naturam uitium diligatur.

Recta uolens animus sapiens, & amator honesti,
 Quosdam odio dignos iudicat esse suo.
 Nec tamen hos toto depellit foedere, gnarus
 Naturam errantem diuidere à uitijſ
 Sic generi indulgens proprio, ut peccata recidi
 Optet, & ut damnet crimina, non homines.
De labore fingentium mendacia.

Difficilis & laboriosa sunt figmenta mendacij. Qui au
 tem uerum uult dicere, non laborat. Quietiores enim
 sunt boni, quam mali, & absolucione sunt uerba ueridi
 corum, quam commenta fallacium.

Fallaces curis semper torquentur amaris,
 Et mala mens nunquam gaudia pacis habet.
Lubrica

Lubrica dum trepido mendacita plasmate fngit
 Consumens totum tempus in arte mali.
 At simplex animus, commenti & liber inqui,
 Nil amat iniustum, nil gerit implacidum.
 Secator ueri potietur lucc serena,
 Est quoniam mendax, noxq; dolorq; sibi.
 Ad patriam uitæ noctis de ualle uocati
 Virtutum gradibus scandite lucis iter.
 Arduus, atq; arctus fert ad coelestia callis,
 Deuixa ad mortem ducit, & ampla via,
 Qua fallax tumidi incedit sapientia mundi,
 Commentisq; suis ludificata ruit
 Et mala corporei sequitur dum gaudia sensus
 Exulat à uero lumine cæca procul.
 Nec falsarum habitu uirtutum ornata iuuatur,
 Perdit mens ueri nescia, quicquid agit.
 Noverit ergo Deum sapiens, totisq; medullis
 Diligat, inq; ipso se quoq; amator amet.
 Sit bonus, & iustus, sit uerax atq; benignus,
 Sit forma, & speculum, lux & imago Dei.
 In Christo factus nouus, & iam carne uictus
 Exutus, uilem mente relinquat humum
 Ut sacri templi quacunq; in parte locetur,
 M agnum erit, in capitib; corpore quicquid erit.

De diuinis scripturis.

Bonæ sunt in scripturis mysteriū Dei profunditates, quæ
 ob hoc teguntur, ne uilescant, ob hoc queuntur, ut exerceant,
 ob hoc aperiuntur ut pascant,

Quamuis

Vanuus in sacris libris, quos nosse labores,
Qui lirima sunt lector clausa, & opaca tibi,
 In uigilare tamen studio ne desine sancto,
 Exerceant animum dona morata tuum.
Gratior est fructus, quem spes productior edit,
 Vltro obiectorum uilius est pretium.
Oblectant adoperta etiam mysteria mentem,
 Qui dedit, ut queras: addet, ut inuenias.

De oratione domini.

Orans cum sudore sanguineo dominus Iesus Christus,
 significabat de toto corpore suo, quod est ecclesia, manus
 turas martyrum passiones.

Ferre parans Christus poenam, mortemq; propinquam,
 In uictamq; suis ingenerare fidem.
Cum prece sanguineas fundebat corpore guttas,
 Et pretium mundi sudor erat domini,
Ne c crucis asperitas poterat terrere uolentem
 Quae regnaturae gloria carnis erat.
Sed crux ille pares sanctis spondebat honores,
 O rituris toto corpore martyribus.
Nam cum sacra seges terrarum impleuerit orbem,
 Omnis ab hoc uno semine messis erit.

De sacramentorum perceptione.

Sacramentum pietatis in iudicium sibi sumit indignus: bene
 enim esse non potest, male accipienti, quod bonum est.

Magnum praesidum est sacro libamine pasci,
 Si cor participis crimina nulla premunt.
Nam geminat sibimet peccati pondera quisquis,
 Quae bona sunt sumit, quae mala, non refugit.

De lau/

De laudando Deo.

Qui laudat Deum in miraculis beneficiorū, laudat et in terroribus ultionum. Nam & blanditur & minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correctio.

VI laudat dominum de mundi conditione,
Q E rerum in speciem prædicat artificem,
L audet & æternam mortem, flamasq; minantem,
Et iusti regis iuditium metuat.
S pes de promissis nihil ambigat, omne dabit rex,
Q uod parat, & meritis gratia maior erit
Si properent fontes peccati abrumpere nodos,
Ante diem mortis, dum locus est ueniae.

De acceleranda conuersione.

Remedia conuerslonis ad Deum nullis sunt cunctati. onibus differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim poenitenti indulgentiam promisit, dissimilanti diei crastinum non sponpondit.

C onuersti ad mores rectos, & uiuere sanctè
In Christo meditans, quod cupit, acceleret.
C edant uirtuti uanarum obstacula rerum,
Ne perdat uoti tempora lenta fides.
Quid iuuat in longum causas producere morbis?
C ur dubium expectat cras hodierna salus?
Scimus correctis ueniam non esse negandam,
Sed nulli nostrum est ultima nota dies.

De timore.

Omnia, quæ timentur, rationabiliter decli-
 nantur. Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum
 confugiatur.

Vnde

Vtile prudenti est mundana aduersa cauere,
Et quod uitandum est prospiciat fugere.
Sed cum peccati merito, manus omnipotentis,
Omnia concludens arctat ubiq; reum,
Vnum profugium tutum est deus ipse timenti,
A quo discedens, ne pereat, redeat.
Conuerti namq; ad dominum certissima uita est,
Et pacem offensi querere sola salus..
Qui terret, parcit: qui percutit, ipse medetur,
Viuere uissilli subdere, quem metuis.

De uirginitate.

Virginitas carnis, corpus intactum: Virginitas
animæ, fides incorrupta.

Carnis uirginitas intacto corpore habetur:
Virginitas animæ est intemerata fides:
Quia sine corporei nil prodesi cura pudoris:
Sed mentis pietas auget utrumq; bonum.

De modo habendi.

Multa nos in facultatibus nostris habere superflua
probamus, si necessaria sola retineamus. Nam uana que-
rentribus nihil sufficit: & alienorū quodammodo reten-
tor est, qui profutura pauperibus imutiliter habet.

Magnum peccatum est amor immoderatus habendi
Et plus, quam uite sufficiat, cupiens.
Nam quod nos uestit, quod pascit, cura salutis,
Si uanis sit mens libera, non onerat.
Si qua igitur superant, quorum non indiget usus,
Debilibus profint, atq; iuuent inopes.
Quisquis enim cupide non expedienda recondit,
Quae nulli tribuit, pauperibus rapuit.

De diui/

De diuitijs.

In magna egestate sunt, qui de iniuritate sunt divites, iustitiae opes, & sapientie thesauros non habent. Qui autem domino servunt, ea bona acquirunt, quae petire non possunt.

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
V eris se miserum nescit egere bonis.

Nam quid crit, quod non momento temporis una

P erdere mundana conditione queat?

Cui licet, aduersis cessantibus, omnia parcant,

L ege tamen mortis sit faciens inops.

At bona iustorum nullis obnoxia dannis,

H ostes, furti, ignes, & mare non metuant.

Indemnis proprium scruat sapientia censem,

Nec perdunt meritum paxq; fidesq; suum.

Omnis uirtutum semper substantia salua est,

I nuitis Christi munera nemo rapit.

De uera bonitate.

Non sufficit abstinere a malo, nisi sit, quod bonum est. Et parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.

Dignus laude quidem est, uitā sine crimine ducens,

E t quecunq; sibi sunt nocitura, cauens.

Sed non hoc pietas contenta est limite claudi,

N ec iustis, ueritis abstinuisse, sat est.

Maior cura boni est, fratribus relevare labores,

E t ferre optatum tristibus auxilium.

Pascere ieiunos, nudos uestire, ligatos

S oluere, discordes conciliare sibi.

Et quecunq; homines miseri solatia querunt,

H oc ut possibile est, promere corde pio:

Vt recte uerè cupidus, uereq; benignus,
Quæ mala sunt fugiat, quæ bona sunt faciat.

De mali impunitate.

Peccator cum peccat, non ideo a domino nō uidetur,
quia male agentis poena disertur: grauius autem in eum
decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur.

GAUDET transgressor, peccato impune potitus,
Si non infertur debita poena reo,
Ceu nulla offendant hominum commissa tonantem,
A ut aliqua excelsi notitiam lateant.
Sed uetitorum auditis grauior tunc ira timenda est,
Cum sece remouent uerbera iustitiae.
Nam quid erit morbi, quod non dominabitur illi,
Cui supera auxilium iam medicina negat?

De gaudio recto.

Non potest unquam fraudari delectationibus
suis, cui Christus est gaudium. Aeterna enim
exultatio est, quæ bono letatur aeterno,

FELICES uerè faciunt, semperq; beatos
De uero & summo, gaudia nata bono.
Nam mundi ex opibus breuis, ac peritura uoluptas
Edita perpetuae semina mortis habet.
Non placat uanis animum submittere rebus,
Pestiferisq; audiam mentem onerare cibis.
Cor mundum, & sapiens fructu uirtutis alatur,
Et Christi in nostro pectore regnet amor:
Quo semel impletus, nunquam uacuabitur illo,
A eterna aeterni flumina fontis erunt.

Quid hominem Deo iungat.

Deo

Deo, qui ubique est, non locis, sed aeternis aut longinquis, aut proximi sumus, quia sicut separata dissimilitudo, ita nos illi contingit imitatio.

Ambitum mundi totum Deus implet, & ambit,

Nec presens ulli desinitur esse loco,

A quo longinquus multum est, nimirumque remotus,

Quisquis sincera luce caret fidei,

Cuius si radijs depulsa nocte nitescat,

Diuino impletus lumine lumen erit.

Non igitur terrarum orbis, non aquora ponti.

In via, circuitu sunt obeunda uago,

Vt possit rerum dominator, & autor adiri,

Quem templo in cordis mens pia semper habet.

A quo ut dissimilis tetra in deserta recedit,

Sic uite merito proximus est similis.

Quod tota infidelium uita
peccatum sit.

Omnis infidelium uita peccatum est, & nihil est bonum, sine summo bono. Vbi enim deest agnitus eternae, et incomparabilis ueritatis, falsa uirtus est etiam in optimis moribus.

Quamvis multa homini post uulnera prima super-

Que uita hanc faciat laudis habere decus: Sunt,

Si tamen ingenio claro, & probitatis amori

Fons desit, fidei subdita corda rigatis,

Cunctarum frugum marcessit inutile germen,

Nec fruitur uero lumine falsus honor.

Ignoratus enim deus, & non credita uirtus,

Que uera ad summum prouehit arte bonum.

Non sinit eniti regna ad coelestia mentem

O bstructam uanis, occiduisq; grauem.
Perq; omnes calles errat sapientia mundi,
Et tenebris addit, que sine luce gerit.

De sabbato.

Male celebrat sabbatum, qui a bonis operibus uacat, oculum autem ab iniuitate debet esse perpetuum. Quia bona conscientia noui in quietum, sed tranquillum facit.

Non recto seruat legalia sabbata cultu,
Qui pietatis opus credit in his ueritatem.
Nulla dies actus hominum non dammat iniquos.
Omnia conueniunt tempora iustitiae.
Non corrumpuntur uirtutibus ocia sancta,
Tantum à peccatis libera corda uacent.

De uera libertate.

Libera semper est seruitus apud deum, cui non necessitas seruit, sed claritas.

Libertas nulla est melior, maior ut potestas,
Quam seruire Deo, cui bene seruit amor.
Absq; iugo posita est dictionis amica uoluntas,
Quae uiget affectu, non gemit imperio.

De superbia.

Quo primum uitio superatus est homo, hoc ultimum uincit. Cum enim omnia peccata superauerit, manet periculum, ne bene sibi mens conscientia, in se potius, quam in domino glorietur.

Va primum in morte est homo pulsus fraude maiorum
Quam illi extremā bella peracta mouent, lignis
Sublimes ut cum palmis, clarasq; coronas
Sumpserit, atq; hostem subdiderit pedibus,
Virtuti propriæ uelit assignare triumphum,
Non domino, cuius munus, opusq; fuit.

In quo

In quo uno semper superat, qui non superatur,

Quo dignante manum subdere, nemo cedit.

Ancipitis uitæ qui uis superare labores,

Dilige quod semper uerus amator habet.

Instant terrenis infesta pericula rebus.

Feruent pro dannis prælia, proq; lucris.

Et nihil est inter carnalia uota quietum,

Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.

In solo est mens tuta Deo, quem linquere uolens,

Nunquam erit æterno non opulenta bono.

De adulatio[n]is uitio.

Adulantū linguae alligant animas in peccatis. Delestat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur auditor.

Lingua assentatrix uitium peccantis aceruat,
Et delectatum criminis laude ligat.

Nulla sit ut lapsi reparande cura salutis,
Blanditur santi dum malesuas honor.

Libera sit potius uox correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca uenena finat.

Nec credens medici uerbis fallacibus æger,
Noxia laudatæ vulnera pestis amet.

De martyribus non baptisatis.

Qui etiam non percepto regenerationis lumen pro Christi confessione moriuntur, tantum eis ualeat ad abolenda peccata, quantum si abluerentur fonte baptismatis.

Si mundo moritur diuino fonte renascens,
Fitq; nouus uita, qui sepelitur aqua.

F

Fons quibus ipsa sui sanguinis unda fuit,
Et quicquid sacri fert mystica forma lauacri,
Id totum impleuit gloria martyrij.

De uenia.

Iustitia nostra quamvis uera sit prop' er uerum bonum, ad quem refertur, tamen tanta est in hac uita, ut potius remissione peccatorum constet, quam perfectione uirtutum.

MAgna quidem in multis est excellentia sanctis
Quorum animos superi gratia roris alit.
Sed dum mens quedam patitur mala corporis aegri,
Et pugnam interius exteriora mouent,
Nunquam ita perfecto capitur uictoria bello,
Vera ut securus pace fruatur homo.
Inter discordes motus contagia serpuit,
Ipsaq; uirtutum gaudia uulnus habent,
Ut faciat notum longa experientia cunctis,
Non esse hoc plenam tempore iustitiam,
Ni dominus misericordia lauet delicta suorum,
Et dans uirtutum munera, det ueniam.

De causis incognitis.

Incognitis causis operum diuinorum nonnihil nouimus, cum scimus non sine ratione omnipotentem facere, unde infirmus humanus animus rationem non potest reddere.

Diuinorum operum secretas noscere causas.
Humanis non est possibile ingenijs.
Ne nullo tamen intuitu speculatur opera,
Qui multa ut lateant, scit placuisse Deo.
In quo mens imbuta fide simul omnia discit,
Perq; operum speciem suscipit artificem,

Flingen/

Fingentem rebus formas, loca, tempora, motus,
M ensuris, numeris, ponderibusq; suis.
Scrutari nec cura procax obstrusa laboret,
Cui cuncta in Christo nosse, & habere datur.
De non desperandis peccatoribus.

Non est desperandum de malis, sed pro ipisi, ut boni sunt, studio us supplicandum. Quia numerus sanctorum de numero semper est auctorius impiorum.

Vt morbo oppressis praestanda est cura medendi,
Donec in ægroto corpore uita manet,
Sic prauis multa uitiorum mole grauatis,
Sanctorum pietas est adhibenda precum,
Vt, dum possibile est mutari corda malorum,
Horrescat noctis deuia lucis amor.
Conuersisq; nouam mentem det gratia Christi,
Qua sunt homines iustificante boni.

De querendis præsidijs.

In tranquillitate pacis comprehendenda est doctrina sapientie, quæ inter tribulationum turbines difficulter agnoscitur, nec facile inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerint in pace quællata.

Dum non perturbant animum discrimina mundi,
Dumq; diem pacis prælia nulla mouent,
Exercere fidem diuinis conuenit armis,
Consilioq; omnes anticipare minas.
Tranquillan et curis uacuum sapientia mentem
Imbuet, & placidi pectoris hospes erit.
Nam, quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri in seuo turbine non poterit.

De bonis quæ nemo amittit inuitus.

Potest homo iniuitus amittere temporalia bona. Nunquam uero nisi uolens perdit æterna.

Omne bonū mundo concretū, & tempore partum,
Quacunq; amitti conditione potest.

Et quamuis damnis uigilanter cura resistat,
Sæpe tamen proprijs dispoliatur homo.

At bona, quæ uerè bona sunt, nec fine tenentur,
Semper habet, quisquis semper habere cupit.

Nec uim ferre potest Christo subnixa uoluntas,
In quo persistens omnia uincit amor.

De remedijis tribulationum.

Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huiss uitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit unile, magis nouit medicus, quam ægrotus. Si autem id postulat, quod Deus præcipit, & promittit, si et omnino, quod poscit. Quia accipit charitas, quod paraueritas,

Intr mundane mala conflictantia uitæ,
Sæpe quidem domini corripitur populus.

Qui tempestatum uaria sub clade laborant,
Noscant se iusti ferre flagella dei.

Atq; ipsum toto gemitu, planctuq; precentur,
Ut, qua scit, miseris auxilietur ope.

Non etenim proprio arbitrio curabitur æger,
Nec uero leges ipse dabit medico.

Morbida rimetur penetralia dextra salutis,
Et depresso graui uiscera peste leuet.

Abq; dolore quidem nequeunt mala sueta repellii,

Sed quod læserunt dulcia, amara mouent.

Pœnitentia morum, & uitijs uirtute fugatis,

Reignum peccati respuat aula Dei.

Ad ueniam tendunt iusti pia uerbera regis.

Ira breuis rectis gaudia longa dabit.

Nunquam bella bonis, nunquam discrimina desunt.

Et cum quo certet, mens pia semper habet.

Quae carnem oblectant, sancto sunt noxia cordi.

Contra animi legem prælia corpus habet.

Pulsant exterius diuersis motibus hostes.

Intus ciuile est, & sociale malum.

Vt possit mundi illecebris, uitijsq; resisti,

Vis est corporci mortificanda hominis.

Sed que mens recto famulam sub iure tenebit?

Edomita ut regnet carnis in offitijs?

Excelso nisi que seruit bene subdita regi,

Vnde est facta uolens, fiat ut inde ualens?

Nullam mali esse naturam.

Omnia per uerbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum itaque uniuersæ naturæ per verbum dei factæ sunt, iniurias per ipsum facta non est. Quia iniurias nulla substantia est, & peccatum non natura est, sed uitium naturæ, id appetitus, quod non est ordinis sui.

Per uerbum omnipotens Deus omnia condidit unus,

A quo natura est nulla creata mali.

Et quod non fecit diues sapientia uerbi,

Non habet in rerum conditione locum,

Nulla igitur uitijs substantia, nullaq; uita est,

Que uegetet corpus, materiamq; suam.
Sed cum libertas discedit ab ordine recto,
Nec seruant proprium, que bona sunt, modulum,
In culpa, & uitio est vagus in contraria motus,
Fitq; malum ueram deseruisse uiam.
In quam si toto properet quis corde reuerti,
Nullus neglecti limitis error erit.
Totaq; debenti peccati poena peribit,
Condita in integrum restituente Deo.

De petitionibns contrarijs Deo

Deus, cum ali quid male poscit, dando irascitur, non
dando misereatur.

Cum deus effectum precibus non prestat iniquis
Multum concedit, quod nocitura negat.
Errantes uoto non uult delinquere facto,
Iratus fineret, quod prohibet placidus.
Diseat felici supplex gaudere repulsa,
Incipiatq; animo pellere, quod uoluit
Parcentemq; Dcum noscat sibi, cum ruiturus
Non exaudiri, ne rueret, meruit.

De iudicijs Dei.

Nullo modo iudicis hominum comparanda sunt iudicia dei,
quem nō dicitur tam est esse iustum, etiam quando facit, quod
hominibus uidetur iniustum.

Iudicium humanum, quod falli sepe necesse est,
Non semper recipit regula iustitiae,
At domini in cunctis æqua est, ueraxq; potestas,
Aspectum cuius nulla remota latent.

Talis

Talis laudetur index, timeatur, ametur,
Qui uerè iustus permanet, atq; bonus,
Aduersos reuocans, conuersis cuncta remittens,
Atq; malis ueniam dando bonus faciens,
Non ergo audacter mens ueri nescia culpet,
Quod placuit summi iudicis arbitrio.
Sed subdat sese iusto ignorantia regi,
Qui nunquam, quæ sunt non bona, uelle potest.

De cohibenda ira.

Nulli irascenti ira sua uidetur iniusta, unde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in eius odiū trahit, cui nō celeriter ignoscitur,

Nemo suæ mentis motus non estimat aequos.
Quodq; uolunt homines, se bene uelle putant,
Vnde animus celeri pace est reuocandus ab ira,
Ne robur seuis tempora dent odii.
Offensas sibimet parcentia corda remittant.
Nam nemo est, qui non indigeat uenia,
Quam nostri memores, mundi inter uana uicissim
Omibus in causis, & damus, & petimus.
Cultor iustitiae, & diuine pacis amator,
Quem uocat ad summum uita beata bonum,
Scandere constanter dextros admittere calles,
Despiciens lœue noxia plana uie.
Tutius est duros mundi tolerare labores,
Infectiū hostis prælia seu pati.
Quam uictum offitijs animum submittere blandis
Captiū scrupuli subdere colla iugo.

Tempore

T empo^re in occiduo non longi est usus honoris,
E t celeri lapsu gaudia falsa fluunt.

F inem igitur proprij sapiens speculabitur æui,
E t uia, qua currit, quò ferat, aspiciet.

N am mundo innexis pars est cum principe mundi,
A t seruis Christi gloria Christus erit.

C orporos inter sensus, moribundaq; membra,
Multa animus patitur carnis ab hospitio,

Q ue uitæ, de qua uiuit, contraria querens,
L egem uult mentis soluere lege sua.

S ed prudens præsul famulam frenare rebellem
Aeterni regis discat ab imperio:

E t uerum accipiens supero de lumine lumen,
Noctem peccati cordis ab æde fuget.

N am que cuncta deus bona condidit, ipsaq; nostri
E xili regio est pulchra decore suo.

A uditus, uisus, gustus, contactus, odorq;,
Præberi gaudent undiq; quod placeat.

F itq; nocens homini præsentis temporis usus,
S i captum blandis inferiora ligant.

M ens igitur sapiens superas adnitere ad arces,
E t summis fieri suesc^r beatā bonis.

D elicias iam nunc promisi concipe regni,
V irtute, atq; fide, quod cupis esse, tene,

N éuc ad spem dubiam frustra te currere credas,
N aturæ in Christo prospice liba tue.

A quo suscepimus si te non ambigis esse,

Totus

Totus homo in capitis corpore semper eris.

Tantum ut iussa uelis mutu obseruare docentis,
Qui, quod ait, uerbo, præuenit auxilio.

In deitate gradus, mensura, & tempora non sunt,
Et quod idem est, maius non habet, atq; minus.

Corpore & moles longe, formæq; recedant,

Virtus summa caret finibus, & spatijs,

Quod pater, hoc uerbū patris est, simul hoc utriusq;
Spiritus, hic Deus est unus, & una fides.

Pter quam uerorum spes non incerta bonorum

Sublimem ignito scandit amore uiam:

Et prægustata superi dulcedine roris,

Dicitur apostolicis

Tu, qui ergo indignas non uis incurrere curas,

Innecti uanis, occiduisq; caue.

Mortalis uitæ breuitas, non multa requirit,

Paucorum exiguī temporis usus eget.

Esse uolens gaudere optans, scire abdita querens,

Vt te non tencant infima, summa pete.

Delectare Deo rege, in cœlestibus esto,

Et quæ spe sequeris, credita amore tene.

Nulla in te maneat hominis uestigia primi,

Nec formam ueteris gestet imago noui.

Exulta agnoscens te uerbi in carne renatum,

Cuius si pars es, pars tua Christus erit.

Qui, ne dammandi gereres mala gaudia mundi

Promissum ad regnum se tibi fecit iter.

Cum

Cum pater in uerbo sit semper, & in patre uerbum,
 Sitq; idem uerbi spiritus, atq; patris,
 Sic de personis tribus est tibi non dubitandum,
 Vnum, ut docta fides, confiteare Deum.
 Corde patris genitum creat, et regit omnia uerbum,
 Nec tamen est aliquid, quod sine patre gerat.
 Vnus enim amborum motus, ratio una uolendi est,
 Par uirtus, idem spiritus, unus amor.
 Sic deus est magnus, de se ualeat, & manet in se,
 Cui summum et proprium est, semper id esse, quod est.
 Splendet enim uerum uero de lumine lumen,
 Ut genitum agnoscens nouerit ingenitum.
 Vna trium deitas, una est essentia ab uno,
 Idem est & uerbi spiritus, atq; patris.
 Nullum opus abiunctum, nulla est noæqua potestas,
 In cunctis uium sunt tria principium.
 Cum pia mens in laude dei superata labores,
 Gaudet, quod tantum te bene uincit opus.
 Tecq; aliquid superi cognoscere haufisse uigoris,
 Si tibi non satis est, quod cupis atq; sapis.
 Quere bonum sine fine, bono & persiste reperto,
 Querere non habeant talia uota modum.
 Nam qui se nullo iam munere credit egere,
 Crescere non cupiens, perdit adepta tepens.
 Merrum Anacreontium, quod & colopon dicitur, re-
 cipit Anapætum, duos iambos & unam syllabam.
 Age iam precor me trum
 Comes irremota rerum,
Trepidam,

Trepidam, breuemq; uitam
Domino Deo dicemus.
Celeri uides rotatu
Rapidos dies meare,
Fragilisq; membra mundi
Minui, perire, labi.
Fugit omne, quod tenemus,
Neq; fluxa habent recursum.
Cupidas, uagasq; mentes
S pecie trahunt inani.
Vbi nunc imago rerum?
Vbi sunt opes potentum?
Quibus occupare captas
Annimas fuit uoluntas?
Qui centum quondam terram uertebat aratri,
Aestuat ut geminos possit habere boues.
Vetus magnificas carpentis saepe per urbes,
Rus uacuum fessis æger adit pedibus.
Ille decem celsis sulcans maria alta carinis,
Nunc lembum exiguum scandit, et ipse regit.
Non idem status est agris, non urbibus ullis,
Omniaq; in finem precipitata ruunt.
Ferro, peste, fame, uincis, algore, calore,
Mille modis miseris mors rapit una homines.
Vndiq; bella fremunt, omnis furor lætitat armis,
Incumbunt reges regibus innumeris.
Impia confuso sauit discordia mundo,

Pax abiit terris, ultima queq; uides.
 Et si concluso superessent tempora seculo,
 Ut posset longos mundus habere dies.
 Nos tamen occasum nostrum obscrutare deceret,
 Et finem uitæ quemq; uidere suæ.
 Nam mihi quid prodest, quod longo flumina cursu
 Semper inexhaustis prona feruntur aquis?
 Multa quod annosæ uicerunt secula sylue,
 Quodq; suis durant florea rura locis?
 Ista manent, nostri sed non mansere parentes:
 Exiguæ uitam temporis hospes ago,
 Non ergo sumus hic nequicquam in secula nati,
 Que pereunt nobis, & quibus occidimus,
 Sed uitam eternam uita ut mereamur in ista,
 Ut subeat requies longa labore breui.
 Et tamen iste labor sit forte rebellibus asper,
 Ac rigidæ leges effera corda putent.
 Non tamen hæc grauis est mansuetæ sarcina dorso,
 Nec lœdit blandum mitia colla iugum,
 Tota mente Deus, tota ui cordis amari
 Recipitur, uideat cura secunda hominis.
 Quod sibi quis nolit fieri, non inferat ulli,
 Vindictam Iesus nesciat exigere.
 Contentus modicis, uitæ sublimis haberi.
 Sperni non timeat, spernere non libeat.
 P arcus, uera loquens, & mente, & corpore castus,
 Insontem uitam pacis amator agat.

Et propria

E t proprio pascat loculo quos norit egentes,

N on sua, non cupiat: que sua sunt, tribuat.

Quid rogo mandatis durum censem in istis?

A ut quid erit, quod non possit obire fides?

Qui credunt sacros uerum cecinisse prophetas,

E t qui non dubitant uerba manere Dei,

Qui Christum passum p^{re}nas crucis, ultima mortis

I n toto excelsi patris honore uident.

Quiq; ipsum multa cum maiestate tremendum,

E xpectant pingui lampade peruigiles,

H is sordent terrena, patent cœlestia, nec sc

Captiuos seruos temporis huius agunt.

N on illos fallax cepit sapientia mundi,

N ec curas steriles inferuere polis.

I mperia, & fasces, indocti minera uulgi,

Quasq; orbis scelerum scmina fecit opes,

C alcarunt sancta cœlum ambitione petentes

S uffragijs Christi, & plausibus angelicis.

N ec labor hos durus uincit, nec blanda uoluptas,

Quærere nil cupiunt, perdere nil metuunt.

O mnia non Christi, qui Christi est, odit, in illo

Se statuens, in se qui gerere optat eum.

I lle Deus cœli, rerum, terræq; creator,

M e propter sacra uirgine natus homo est.

F lagris dorsa, alapis maxillas, ora saliuis

P ræbuit, & figi se cruci non renuit.

N on ut tanta deo quicquam patientia ferret,

Cuius nec crescunt, nec minuantur opes.
 Sed quod erat uictum in me, ut superaret in illo
 Factus sum Christi corporis, ille mei.
 Me gessit moriens, me uicta morte resurgens,
 Et secum ad patrem me super astra tulit.
 Quid nam igitur tanta pro spe tolerare recusem?
 Aut quid erit, quod me separet a domino?
 Ignem adhibe, rimare manu mea uiscera tortor,
 Effugient poenas membra, soluta tuas,
 Carcere si cæco claudar, nectarq; catenis,
 Liber in excessu mentis adibo Dcum.
 Si mucrone paret ceruicem abscindere lictor,
 Impavidum imueniet mors cita, poena breuis.
 Non metuo exiliū, mundus domus omnibus una est.
 Sperno famem, domini sit mihi sermo cibus.
 Nec tamen ista mihi de me fiducia surgit,
 Tu das Christe loqui, tuq; pati tribuis.
 In nobis nihil audemus, sed fidimus in te,
 Quos pugnare iubes, & superare facis.
 Spes igitur mea sola Dcus, quem credere uita est,
 Qui patriæ ciuem me dedit alterius.
 Sorte patrum occiduū iussus transcurrere mundum,
 Sub Christi sacris aduena miles eo.
 Nec dubius me iure breui terrena tenere,
 Sic ut ar proprijs, ceu mea, non mea sint.
 Non mirabor opes, nullos seftabor honores,
 Pauperiem Christo diuite non metuam.

Quia stetero aduersis, hac utar mente secundis,
Nec mala me uincent, nec bona me capient.
Semper agam grates Christo, dabo semper honores,
Laus domini uigeat semper in ore meo.
Tu modo fida comes mecum isti accingere pugnae,
Quam deus infirmo prebuit auxilium.
Sollicita elatum colib; solare dolentem.
Exemplum uitae simus uterque piæ.
Custos esto tui custodis, mutua redde.
Erige labentem, surge leuantis ope.
Vt caro non eadem tantum, sed mens quoque nobis
Vna sit, atque duos spiritus unus alat.

FINIS LIB. I. CHRISTIANAE SCHOLAE.

q 2 LIBER

LIBER SECUNDVS

EPIGRAMMATVM SCHOLAE

Christianæ ex uarijs

poëtis conscriptus.

Abstinentia. Iouij.

Vi studet ingenio uiteturum extendere nomen.

Q Huic opus est cunctis parcere delitijs.

Accidia. Big.

T Anta hominis uegeta torpedine depresso mente,

Audeat ut nullam laudis inire uiam.

Adulatores aliquando fe=rendi. Lusci

B Landiloqui placeant si principibus parasiti

Turpibus ore uiris quanta fenestra patet?

Sed præstat blandos odiſſe, & cedere nunquam

Aſſentatori, ſi bonus eſſe uoles.

Cornarius.

Si quis adulantes princeps tolerabit, apertis

Exponet multos quam cito conuitijs,

Conuenit ergo ubi ſis princeps odiſſe potenter,

Aſſentatorem, & qui huic quoq; paruerint.

Adulator. Pictor.

Acipitres ubi uidit anas, & aprica Pheleni

Cerua canes: properæ dant ſua terga fugē-

Sic uelut hostiles fugē dulcia uerba sagittas,

Mollis adulator non minus hosti ferit.

In adulas

In adolatores, seu fucatam amicitiam. Vrs.

Non æque damno est odium ore professus aperto,
Ac qui synceram fingit amicitiam.

Vitatu facilis nobis qui cognitus hostis.

Vitari qui se dicit amare nequit.

Hic hostis capitalis erit, quicunq; nocebit.

Pretextu fide fretus amicitiae.

De adulazione ad Marianum.

Big.

In medijs te munificum Mariane rapinis,
Inq; ipsa urbanum rusticitate uocant.

Et tua blandiloquo mens est ita prona susurro,

Vt te illis dignum laudibus esse putas?

Cum gerneret Macedū rex iectus arundine magnus,

Suspensumq; tenens crus resideret equo,

Esse Louis me progeniem uos dicitis inquit,

Ast hominem plague clamitat esse dolor.

Te quoq; quam calcas, terra arguat esse caducam

Bestiolam, & tanti quod facis, esse nihil.

Sulphureo siquidem laus ficta simillima fumo est

Ad breue uanescit tempus, obestq; diu.

Stelliferum digitis, te scalpere credis olympum

In scrobe cum teneas brachia, colla, caput.

Sed quia te lactat uox blanda, emergere nescis,

Mensq; suis plaudit credula vulneribus.

Nulla diu fallunt mendacia donec Eois

Surgat aquis Titan, omnia nocte latent
 E xerto actutum apparent hyperione sordes
 In lucem ueniunt crimina cuncta breui.
 Te multi uocitant sapientem, nunquid eodem,
 Seu bona seu mala sunt fata tenore manes?
 Consule te, nunquid tibi leta uidetur ægestas?
 Cordaq; nec probrum, nec tua tangit honor?
 Quod si sollicitat spes, si penuria turbat,
 Si sternunt animum classica pulsa tuum,
 Cur ita das faciles assentatoribus aures?
 Vis ne alijs potius, quam tibi, habere fidem?
 Et tibi laudato pudor inficit ora, ruborq;
 Gestit in aspectos explicuisse dolos,
 Et tamen attolis cristas, falsisq; tumessis
 Audibus, et gradiens uix pede tangis humum.
 Deq; pari cum coelicolis pugnare uideris,
 Teq; etiam forsan posse tonare putas,
 Huu fugie palpantes teneris tua pectora uerbis,
 Corrumput animas obtenebrantq; leues.
 Quod precor offitium est caris illudere amicis?
 Ut tq; illis placeam, subdola uerba loqui?
 Ni quia ab his cupiam laudes audire uicissim,
 Et mea consimili pectora fraude capi
 Sontibus ob sepi geminas pungentibus aures,
 Si cupis haec nequeat cor penetrare lues.
 Mollior est oleo sensimq; illabitur intro,
 Sed grauius telis interiora ferit.

Quam

Quam stultum est aperire fores hic hostibus ultro,
Sola ubi dat palmam ianua clausa suis.

Nonne uides, quantum laudata insania crescat?
Et quodcumq; aliquis crimen in astra ferat?

Felix omnium, qui se scrutatur in imo,

Nec nisi uult proprio credere iuditio.

Nec sua ab instabili probitas ut pendeat aura,
Sustinet, & soli uult bonus esse deo.

Aduersa. Pict.

Saepe uides alios alijs accedere uentos,
Ingerere & fluctus sese alijs alios,

Rebus in humanis ita duris dura uidemus
Subiecti, didicit qui tolerare sapit.

Si petis hec quorsum tibi chara Polyxena dicam,
Ut quod commune est omnibus, haud dolcas.

Aduersis succumbens. Faust.

Casibus aduersis fracta qui mente recumbit,
Fortuna ignorat dexteriore frui.

Adulterium fugiendum. Arnol.

Virginitas pulchris ornatur dotibus, at si
Illa omnes foueant, uita peribit iners.

Duc itaq; uxorem, tibi fac succedat & orbi
Haeres legitimus, subfuge adulterium.

Soter.

Optima virginitas homini est possessio, uerum
Amplexa à cunctis, uitam ea perdiderit.

Rite igitur tu uxorem ducito, mundus ut olim
Pignus pro te habeat, sed fuge adulterium.

Alciatus.

Ad uenerem properate omnes, nam perdere posse:
Vitam hominum nimius virginitatis amor.
I de circa uxorem capias, da pignora mundo,
Et caue sis spurci fautor adulterij.

Aetatem omnia ferre. Lusc.

Omnia fert ætas, quid enim non deterat æuum?
Fortunam, faciem, nomen & ingenium.

Cornar.

Omnia fert ætas, fortunaq; formaq;, nomen.
Ingenij, & dotes, quam subito intercunt.
Sleid.

Omnia fert ætas, mutant quoq; secula nomen,
Et genus, & formam, diuitiasq; simul.

Amicitia. Pict.

Sime per terras, si iussris ire per æquor.
Scrutabor terras sedulus & maria.
Nullaq; me poterunt loca deterrere ferarum,
Nec furor undosi turbidus Oceani,
Contemnam glaciem, ignitosq; Hyperionis æstus,
Contemnam uentos, saxa, niues, pluuias.
Forte loqui uideor nimis ardua. Pamphile, nullum
Difficile est uerae pondus amicitiae.

De ami/

De amicitia facta.

Quam metus, & turpis nimium conflauit egestas,
Quis fidam tandem credat amicitiam?

Aamicus reconciliatus. Faust.

Gratia quæ covat facti male sarta sodalis,
Est uelut in Siculo Scylla cauenda mari.

Amici facti quid noceant.

Non æque nocet hic, qui se odiſſe fatetur,
Atq; hic qui puram fingit amicitiam.

Osorem monitus fugio, fugisse sed illum
Quomodo qui me ſe fingit amare, queo?

Pessimus hic certe eſt inimicus, quisquis amicus
Creditus, occulta subdolus arte nocet.

Lilius.

Non tam ledit, liquide qui dixerit, odiſſe
Quam qui synceram fingit amicitiam.

Vitabis certe quem noueris eſſe nocentem,
A ſt illum nunquam qui tibi dixit, amo.

Ille mihi grauis eſt hostis, qui clam nocuisse
Gaudet, quiq; fidem feri in amicitia.

Velius.

Non æquo danno eſt odium ore professus aperto,
Ac qui synceram fingit amicitiam.

Vitatu facilis nolis qui cognitus hostis,
Vitari qui ſe dicit amare, nequit.

Hic hostis capitalis erit, quicunq; nocebit,
Prætextu fida fretus amicitiae.

De uero amico. Sleid.

Si quis amicitiae legum perdoctus, amicum
D eligat, haud paruum repperit ille bonum.

Idem.

Ipse ego, qui fidum noui tractare soddam,
N e qua commaculer parte, repello malos.
In speciem nulli palpor, sed quisquis amat
V el semel, ad cineres hic mihi amicus erit.

Lusci.

Commutes nolim praesentem sanus amicum
I gnoto, id suadet garrula turba malum.

Idem.

Difficilis res est inuentu uerus amicus,
N ec durant primus quos tibi sermo parat.
In amicos fictos. Cor.

Nil peius natura potest confingere, quam si
S it uir qui integrum fingat amicitiam.

Quis nanq; obseruet tanquam hoste, creditum amicum,
Inde ergo cunctis certa pericla manent.

Non amans, sed amens. Faust.

Si sapis, amentem dic as, non lector amantem,
N am nihil insanus mentis amator habet.

Amor. Io.

Dic mihi quid sit amor: pessum quo cuncta feruntur.
P ondus amor meus est, nil nisi pondus amor.

Amor

Amor coniugalis. Dulich.

Forte domi geminos Gracchus depræderat angues,
Cum foemina, grandem marem.

Mas uxori atram mortem ipsi foemina Graccho,
Ni destruantur, connontant.

Hæc ubi respondit subito consultus aruspex,
A rufpicum clarissimus,
Gracchus, se extincto, ut charissima uiueret uxor,
Extinxit apprensum marem.

Amor. Faust.

Non amor antiquo fuerat, sed amaror ab æuo
Dicendus, cum sit semper amarus amor.

Amor simulatus. Pict.

TEnisi donaro uolumine, nostram
P etre relictum scribis amicitiam
D esere quantumvis, tales perdantur amici.
Si cessare potest, est simulatus amor.

De tranquilitate anni. Ad Paulum.

Big.

CUr te Paule finis retrahi? insolite ne subire
Portum desperas asperitate uiae?
Principio labat intendens uirtutibus, at cum
Progreditur, firmat fortius usq; pedem.
In primo recidunt sic poma tenerrima flore,
Sic minimo cedit planta nouila nota

Mens

Mens prius est multis duranda laboribus, ut quis
Non facile aduersis succubuisse queat.

Nemo potest paucis componere pectus in horis
Sic nulla ut ledi possit avaricie,

Haud cito adornatum multa ambitione cubile
Negligitur, nec amor laudis, honoris, opum

Sit quamvis tetricus, noli diffidere, callis
Primus, habet planam non procul inde viam

Mox fauor ingresso uilesset, & aurea uestis
E tuenus, & celebri summus in urbe locus.

Mox fauent tibi plene epulis fastidia mensæ,
V inaq; campanis inueterata cadis

Mox lare nil humili felicius esse putabis,
Gramineq; nihil tutius esse thoro.

Ipseq; fortunæ comes assentator opime
Incipiet partes deseruisse tuas.

Non emere hic minimū uult summa laude trientem,
Non longa coenam garrulitate breuem.

Quin neq; te socrus poterit turbare, neq; uxor,
Nec patrie soboles calcar avaricie.

Non te ancilla nitens, non cultus uerna iuuabit,
Dulce tua fuerit cuncta parare manu.

Surge, age, teq; ipso contentus uiue, cupido
Ne quis tranquilla mente sit, una facit.

Arcana Dei. Pict.

Miraris iustos alios feliciter uti
Vita, alios tristeis semper habere dies

Sic

Sic etiam nocuis alijs contraria semper,

A tq; alijs semper prospera fata dari.

Te monco, fuge scrutari secreta tonantis

C onfilia humani viribus ingenij

Aut parcat deus, aut cedat iustosue reosue,

V eridico fiunt omnia iuditio.

= In assentatores. Dulich.

Assentatori sese indulgere, periculum est,

L et alce est mulsum, est melle litus gladius.

Assentator. Faust.

Qui blanda patulas gnatoni commodat autres,

I nsanum ex stulto pectore, pectushabet.

Auaritiae descriptio. Dulich.

Si modo auaritiae naturam pessime iniquam

C omplecti paucis carminibus liceat,

E xpassis manibus terrarum amplectitur orbem,

S idera contingit uertice celsa suo.

T artare noctis spurcissima filia nauci

F as habet, abrumpit foedera, pasta mouet.

T efferam amicitie frangit, diuellit amorem,

P romissam raro liberat una fidem.

F igit diuinis leges nummo, atq; refigit,

C onculcat pedibus iuraq; fasq; suis.

O mnibus Hesperie quando de fluctibus aurum,

I nclusæ aut Danaæs ebibit impluum,

I nter opes mendaca tum opum, feruentius ardet,

Vasta

Vasta ut inextinctis ignibus Aetna solet.
 Insatiabilis est, uorat omnia uentre capaci,
 Et quum absorbuerit plurima, plura cupid.
 Mors tantorum illi finem facit una laborum
 Si certe finem monstrum id habere poterit.

Auaritia. Pictor.

T E quoties, quod s̄epe quidem est, interrogo, sit ne
 Dextra tibi humano tintilla cruento, negas.
 Deq; meo grauiter quereris Faustine rogatu,
 Cum tibi displiceat pugna, nec arma geras.
 Vae tibi ux, nam tritici qui munera foetus
 Occulit, humani est sanguinis ille reus:

Ad Antonium Molinum de auaritia uitanda. Dulich.

S I quantos fluctus, si quantas Pontus arenas
 Euxinus uersat flatibus aſſiduis,
 Si quanta obscuras per noctes sidera fulgent,
 Finibus ut Titan mergitur occiduis,
 Si quantæ resonant feruenti estate cicadæ,
 M effor ubi curua falce metit segetes,
 Si quantæ quoq; apes Sicula recreantur in Hybla,
 Quum dulcem herbicom uere thymum lacerant,
 Si quantis folijs multò est obscurior Ida,
 Quum tegit argutias fronde sua uolucres,
 T antas fundat opes dextra fortuna benigna,
 Insatiabilium uota hominum excipiens,

Nil satis

Nil satis est cupidis, prius aucta augere laborant,
Vt miserios inhians urit auaritia.

Vt bibil Herni undas, oculo haurit auarus Hidaspē,
Ex Croeso cupiens Crassus adhuc fieri.

Iure, Molini, igitur Crates demerserat aurum,
Quo cum et habere satis se sibi nō potuit.

Dives auarus, pauper est sibi.

E Græco T. Mor.

Diuitias animi, solas ego iudico ueras.
Qui rebus pluris se facit ipse suis.

Hunc adeo ditem, hunc opulentum ritè uocamus,
Magnarum quis sit qui uidet usus opum.

Calculus at si quem misere numerandus adurit,
Qui misere semper diuitias cumulet,
Hic ut apes paruo cerebroq; foramine fosso,
Sudat in alueolo, mel alij comedunt.

Auarus. Pictor.

Multa deesse putat sibi, cūm sibi multa supersint
Marcus, id cueniat forsitan unde petes,
Se desiderio subiicit, nec prospicit Aule
Mortali uite quid satis esse queat.

In Grallam auarum. Dulich.

Nec das, nec frueris pecuniarum
Magno pondere, sed tuo reseruas
Hæredi, inde suo sibi futuro,
Quando tunc tuus esse, Gralla, non uis.
Quum uero hoc facis, ut draco superbis

Custos arboris aurifrondis olim,
Et custos uigil elegantis Ius,
Ipsi cœlicolæ, omnium rogati,
In te Mercurium, Herculemque mittant.

Auarus. Faust.

SEmper egit sitiens medijs ceu Tantalus undis
 Inter anhelatas pauper auarus opes.

Auarus. Pict.

CVM nolit proprie necessitati
Prouidisse tenax opum Philemus,
Hunc tu credideris tibi daturum.
Quos promisit agros Propertiane?
Qui se decipit, an putabit esse
Decepisse alium scelus nefasque?
Haud ulla est homini fides auaro.

Auarus. Pict.

NE tua deficiant metuis patrimonia, si quid
 Ex illis dederis maxime pauperibus.
Heu quibus excœcat te uasta cupido tenebris,
 Te nec enim in barathrum prospicis inde trahi,
Ne pereat census, quicunq; recusat egenos
 Ascere, pro censu funditus ipse perit.

De auaro. Ver.

NVsqam fraude caret, semper mentitur auarus
 Erga inopes surdus ferrea corda gerit.

In diuites auaros. Aus.

Effigiem rex Crœse tuam ditiſſime regum

Vidit apud manes Dyogenes Cynicus.

Conſtituit, utq; procul ſolito maiore cachinno

C oncufſus dixit, quid tibi diuitiae

N unc proſunt regum rex o ditiſſime quum ſis

Sicut ego ſolus, me quoq; pauperior.

N am quecumq; habui mecum ferro, quum nihil ipſe

Ex tantis tecum Crœſe ferias opibus.

In auaros. Alc.

Delphini inſidens uada cœrula fulcat Arion,

E t cythara mulcet, frenat et ora ſono.

Quām ſit auari hominiſ, nō tam mēs dira ferarū eſt,

Quiq; uiris rapimur, pifeibus eripimur.

De uitio auditus. Ad Iuliū. Big.

Quod genus hoc hominū, ut quicqd dixeris illud

Protinus inſenſis auribus accipiāt?

In partemq; trahant fidissima uerba ſinistram?

Indeq; fulminei more ferantur apri?

Nimirum tolerare nequit mens improba uerum,

Seq; peti ſcelerum conſcia corda putant.

I dq; audire piget, quod agunt, hinc ſputa loquuntur,

Hinc digitos mordent, inſidiasq; parant.

S auctius ut tacto gemit ulcere, mens ita, ſi quis

Tentet eam uerbis, flagitiosa dolet.

Quam melius placidas monitori tradere aures,

Quereret ac uitij ſimpoſuſſe modum.

Scilicet auditus datus est, ut sermo maligne

Captus auernales hic trahat Eumenides.

Misceat & iustis iniusta, incesta pudicis,

Danma lucris, ueris falsa, dolos fidei.

Quod precor id uitij est furtim auscultare loquentes?

Noscereq; inuitis uelle aliena uiris?

Si sapies, audire nihil curabis Iuli,

Quod nequeat mores contribuisse bonos,

Idq; unum queres omni comprehendere cura

Quo fretus cupias nocte dieq; mori.

Ad aulicum. T. Mor.

SAcce mihi iactas faciles ad principis aures

Liber, & arbitrio ludis ut ipse tuo.

Sic inter domitos sine noxa sepe leones

Luditur, ac noxe non sine sepe metu.

Infermit incerta crebra indignatio causa,

Et subito mors est, qui modo ludus erat,

Tuta tibi non est, ut sit secura uoluptas.

Magna tibi est, mihi sit dummodo certa, minor.

Auri uis. Alc.

Avrum blanditiæ pater est, natusq; doloris,

AQui caret moeret, qui tenet hic metuit.

Cornarius.

Assentatorum pater aurum, filius autem

Curarum, & duri læpe laboris ades,

Diuersis homines etiam tu affe cibis urges,

Qui te habet ille timet, qui caret ille dolet.

De beatis

De beatitudine. Ad Paulū. Big.

DE vita, post fata hominum, si quando beata

Diffiero, me fatuis sensibus esse refers,

Terrenæq; uacans sophie, cœlestia rides.

Gaudia teq; uno clam nihil esse putas

Te miser anticyram transfer, que turgida purgans

Corda latet sacris Paule uoluminibus.

Et potius quam nigrum adeas incredulus orcum

A eterna sanctos crede quiete frui,

Plus ne ipso Solomone sapiet, tamen ille fatetur

Pandi spiritibus cœlica regna pijs,

Ipsaq; diuitijs prefert supraq; salutem

Viligit, utq; finum cætera cuncta putat.

Tandem illuc intende animum & consentiat illis

Delitijs, quicquid mente in manuq; facis.

Nauita, quin terras petat inscius, errat, & aura

Portum ignorantis commoda nulla rati est,

Sat tibi curarum & nimis perire labores.

Neglecta summi cognitione boni.

Forsitan expectas sint gaudia quanta beatis

Carminibus fieri certior ipse meis.

Magnâ ne uis mundi in paruo sit machina pugno;

Et breuis & quorcas urna receptet aquas.

Vis ne quod immensum est, capiat mensura rei q;

Vis ne infinitæ finis ut esse queat?

Nec minus hinc requies uitæ affectanda superne est.

Mortalii prodi quod nequit eloquo

Quin magis instandum est, ut quodvis nulla capessit

Hic hominis, celso detur in axe frui.

I n c i p e L e t i f e r o s a n i m æ a b i e c i s s e l i b e l l o s ,

A t q ; salutiferis te dare codicibus.

O s ne senex chryseon minor est Demosthene? nūquid

E x c e d i t P a u l i T u l l i u s i n g e n i u m ?

S e r m o f o r i s d i u n i s h a b e t , lac unde p u s i l l i s

P r e b e a t , & mentes nutriat unde rudes

A Ita subincluso retinet mysteria sensu,

S ublimes animos quæ super astra leuent.

G urgite in hoc elephas natat, agnus in ambulat ac si

S it cuius habili pressus & altus aqua

H inc facile ad ueræ portum datur ire salutis.

Q u a m p o t i s e s t n u l l u s d e b i l i t a r e f u r o r ,

Q u o d n e q u i t h i c a l i q u i s , q u i d s i t d e u s u n u s & i d e m

T rinus, in astrifera spiritus arce uidet.

H unc spectare quies animæ est, & uita perennis.

H unc spectare frui est omnibus usq ; bonis.

M ens auida et semp plena hinc, quod possidet optat,

S emper hiat comedens, semper hians comedit.

H inc saturum capiunt fastidia nulla, nec ullis

A ngitum esuriens sollicitudinibus.

Bellum. Faust.

PEr furit & totum miscet Mars impius orbem,

Heu diro inuenta est ab Ioue tanta lues.

Beneficis

Beneficus. Big.

Egregia si uis imitari parte tonantem,
Munificus larga pluribus esto manu.

Ad bibacem. Faust.

EBria ne titubent dubio uestigia gressu,
Temperet appositum lympha refusa merum,

Summum bonum quid sit, ad
Medibarbam. Big.

EN natalis adegit toto celeberrimus orbe,
Munera quo patrio mutua more damus.

Hic dat Iuliæ uiciniis collibus albæ
Hic Sinuessoianis uina relata iugis.

Alter Idumæi fructus largitur agelli,
Alter inauguato uascula picta uitro.

Donat odoriferis specula hic ornata figuris.
Ille peregrina stragula texta manu.

Sunt qui turritis mittant cerealia crustis
Liba, uel ad largas cerea dona fices.

Sunt qui pyramidū in specie dent Zachara, sunt qui
Mellitos capiant retribuantq; cibos.

Huic Philomella detur, uocalis psitacus illi,
Accipit hic nummos, accipit ille togas.

Tu capere exiguos à me dignabere uersus,
Corda tui librans non rude uatis opus.

Summum sepe bonum duxi esse carcere dolore,
Sepe superbificas si quis haberet opes.

Sæpe fuit mihi uisus honor, quandoq; uoluptas
Corporis, interdum scire, uel arte loqui.

At simul in uatem tibi sum Medibarba receptus
Ex uita id didici, longius esse tua.

Cum foueas inopes, sis in prece, templa frequentes,
Fasq; tibi placeat, displiceatq; nefas.

In solo nos esse doces bona uera tonante.
Nulliq; mortali secla beata dari.

Et quæcunq; iacent sub sole, senescere furtim.
Et nullam humanis rebus inesse fidem.

Vt scipsum miles parat in certamen iturus
Per multos totis uiribus ante dies,

Sic cunctis Medibarba tuus se spiritus horis
Armat ad infernæ monstra domanda case.

Et licet Insubrum te dux utatur ad omnes
Imperij curas admonitore sui.

Longaq; maiores numerare in stemmata possis.
Et merito herois associare uiris.

Tu tamen hæc rides memor effectura beatum
Non unquam animum, et spatio præteritura breui.

Hinc patrias nil pendis opes, nil pendis honores,
Vile putans, extra pectora quicquid habes.

Sed quia mens aliquid semper tua cogitat altum.
Et nunquam uirtus ignea repit humi,

Obstrepere ulterius nugis tibi nolo canoris.
Quia colo te, notam sat reor esse fidem,

Bonum

Bonum principem esse patrem, non
dominum. Iambicum.

T. Mor.

P rinceps pius nunquam carebit liberis,
T otius est regni pater.

P rinceps abundat ergo felicissimus
T ot liberis, quot ciuibus.

Quale sit culmen bonæ mentis, ad
Pontremmolum. Big.

F orte bonæ mentis culmen sit qualc, requiris,
V ana triumphi est supposuisse pedi.

A d summum merito se peruenisse putabit,
L etari, quisquis nouerit, unde decet,

S peq; aliqua nunquam suspendi se sinet, atq;
C ui semper fuerint integra consilia.

S i te censuerit talem Pontremmole quisquam,
N e tibi credideris blandula uerba dari.

Quin potius totis enitere uiribus, ut tam
N obile sustineas ac tueare decus.

H oc non est altae supponere Pelion Ossæ,
M aiores uires exigit istud opus

I nuidia summis aliquem præstare fauente
C uiibus hum.ino est robore maius onus.

I lle uoluptates cohibet, nec murmura uulgi.
S eu mala, seu bona sint, hinc ouat, inde gemit.

I lli pauperes nec non opulentia lœta est.
D eq; suo extremos gaudet ad usq; rogos.

SCHOLAE CHRI/
De bono Rege & populo.
T. Mor.

Totum est unus homo regnū, idq; coheret amore,
Rex caput est, populus cætera membra facit.
Rex quot habet ciues (dolet ergo perdere quenquā)
Tot numerat partes corporis ipse sui.
Exponit populus sese pro rege, putatq;
Quilibet hunc proprij corporis esse caput.
Omnia bona deo referēda, luxumq;
fugiendum esse docet. Ad Lu-
douicum. Big.

Me nisi decipient uatum præsaga futuri
Pectora, uaticinor summos instare tumultus.
Bellaq; Letiferis dirimenda furoribus, ecce
Non frustra hinitus grauis intonat, inq; lupatis
Sustentatus equis quatit indignatus habenas,
Opplet & incussum uolitantibus aera spumis,
Ac uni totum gestit sibi pandere campum
Frenorum dominus, nec scintillare uidentur
Frusta oculi, erectaeq; aures cupere æra sonari,
Ventorumq; acres imitari prælia nares.
Fallimur? an sese diffundet in oppida tantus
Mauis tana furor? subigitq; ferocia gentis
Corde profanatae fauaces rerum arbiter, utq;
Ora Philistæo puer abstulit alta giganti
Grande breui robur te suppeditante lacerto,
Non aliuc pueri nunc se exercentis in armis

Vi teneram firmare manum dignare potenti,
 Nec sine tam longum pater ô pater optime in æuum.
 Gens infanda tui teneat loca sancta sepulchri
 Certe ego, non uano mi a numine corda mouente.
 Hactenus effugi(licet hortarentur amici)
 Heroe celebrare tuba ciuilia bella
 Hanc mihi materiem triplices sanxere sorores
 Factorum dominæ, seu(ne figmenta sequamur
 Christicole) pater omnipotens, qui mente repostum
 Quicquid habet, fatū est, qui summo cuncta gubernat
 Consilio, & cuius sine numine nec mare feruet
 Aestibus alternis, nec tellus procreat herbas,
 Nec leuis in terram passer cadit, heu graue crimen,
 Hoc nimium mens cœca hominū, qui uiribus audent,
 Quicquid agunt proprijs ascribere, cū neq; uerbum
 Explicuisse, deo nisi concedente, ualerent.
 At tu macte puer, seu marte coegeris hostes,
 Seu fama attonitos nostro parere tonanti.
 Ipsius dextra reser omnia, teq; minorem
 Crede, sed interea quoniam formare figuras
 In uarias potes argillam, cum saxe nondum est
 Dum puer es, duris asuesce laboribus, utq;
 Pestiferum uirus quantum potes, effuge luxum
 Morbida non adeo cunctos pecus inficit agnos.
 Nec totos uiue liuentia grana racemos
 Vt uiat puerorum animos, & pectora furtim
 Enervuat iuuenium lasciva licentia, quin &

V ersutos capit illa senes: Campana uoluptas
 Ludibrio dedit Hamibalem, Xerxisq; ruina
 Hinc exorta fuit, quid tam miserabile: quid tam
 Damiosum inuenies: cum uirtus langueat omnis
 Hoc uitio: & parti bello obscurentur honores?
 Quid largos memorē absumptos hoc crimine censis,
 Quid uarias morbi species: letiq; tremendos
 Enarrem casus: ualeant unguenta, thorusq;
 Ignacio stratus genio, fuge balnea, noli
 Intonsas coluisse comas, nec uentris amore
 Alta iube maria eueri, terrasq; patentes,
 Sed refer è luxu primos Ludouice triumphos,
 Unde meum ex uoto sumat primordia carmen.

Bona non cognosci, nisi dum amit-
 tuntur. T. Mor.

P Erdendo bona nostra ferè cognoscimus omnes.
 Dum possidemus, spernimus.
 Sic populo quoq; sepe malus, sed sero benignum.
 Commendat hæres principem.

Bona malaq; præsentia. Pict.

N Ec bona quis peteret nimio præsentia uoto,
 Et mala ne contrà nequiter effugeret,
 V traq; constituit communia fontibus atq;
 Innocuis trini prouida cura Dei.
 C uncta tibi quamuis sint leta, tumescere noli.
 Si ne deo gratus, certior esse nequis.

Nullum

Nullum in bonis præsentibus quietem esse docet. Ad Iulium Ceruum. Big.

An qui Cerue bonis præsentibus affluit, atq;
D elitijs hilarem uiuere posse putas?
Quodq; tibi id minime liceat, crudelibus audes.
V ocibus eternos insimulare deos
Quis gerat urbanis primos in rebus honores,
N ec tamen hunc pallens torqueat anxietas?
S ene aliquis sine moestitia titubasse falerno
N oscat: & hesternas euomuisse dapes?
Quis nimios faciens sumptus non ingemat, & quis
N on egeat, clausæ si teneantur opes?
Quis secum uelit Isthmiacas habitare puellas,
N ec se sollicito sentiat igne premi?
N imirum imperio superi sanxere maligno,
N e foret in studijs talibus illa quies,
A h tandem in melius mores compone uetus,os,
V elaq; nauigio commodiora para,
Quodq; tuum est, uentis ne diripiare sinistris,
V irtute in portum remige flecte ratem
H aud secus hinc animum nulla aduersantia mutant,
A c mare flumineis nil uariatur aquis
D esine longæuos exposcere sedulus annos,
I nq; bonis multos annumerare dies.
A tq; hodie, fatale uelit si rumpere filum

Atropos,

A tropos, impaudo pectore disce mori.
 Hic gladio incumbit, ne uiuus seruiat hosti.
 Irato è tectis se iacit alter hero
 Duræ alius iacet ante forcs iugulatus amicæ
 O pprobria hinc pendens effugit, ille famem
 Quod misera efficitur formidine, tu ne negaris
 Virtutis fieri posse patrocinio?
 Haud ulli tranquilla potest contingere uita
 Si metuat, propero ne uolet illa pede
 Omibus hoc tecum Iuli meditare diebus
 Durius amitti, quæ placuere magis.

Canis in præsepi, avarus homo.
 T. Mor.

In præsepe canis sceno nec uescitur ipse,
 Nec sinit ut scenum qui cupit edat equus.
 Seruat avarus opes, opibus non uititur ipse,
 At tq; alios uti qui cupiunt, prohibet.

Captator. Pict.

Nunc pyra, nunc turdos, nunc uascula mittis Iulo
 Et dominum & regem, semideumq; uocas,
 Quid sibi quæso uolunt hæc Archemidore? quid optas
 Inde? senem ex facili fallere nemo potest.

Cardinalis. Faust.

Hic habet à fixo deductum cardine nomen,
 Debeat ut firmam sustinuisse fidem.

Castigatio

Castigatio. Pict.

SEmper enim non est qui percutit hostis habendus,
Nec ferule gaudens parcere semper amat
Diligt est melius nos Zeno seuerus amicus
Quam lenis facili pectore decipiatur.

De infelici ciuitate. Ver.

In felix patria est pueros ubi purpura uestit,
Atq; ubi præcedit diues honore bonos.

Cœlestia terrenaçp. Pict.

Haud fieri Xantippe potest, fugientibus ut quis
Aeternisq; frui delitijs ualeat,
Quare age præsentis bona quam potes effuge uitæ,
Si bona sunt, quorum finis it in lachrimas.
Malam cogitationem in ipsum cogi-
 tantem cadere, ex Danielis
 cap. XIII. Dulich.

LAuerat ad uitreum fontem Susanna pudica,
Qua medius penitus partibus ortus erat.
Spurca duos in eam seniores Idalis ergo
Suscitat, & ualidis ignibus urit amor.
Lex erat, oppeteret deprensa ut adultera saxis,
Illa palestinis iniolata quidem.
Immodum frustra senior uesanis uterq;
Dum lactat precibus, sollicitatq; minis,
Deleta est, neq; non immoxia dedita poenæ,
Testibus ut tantis credita res facile est.

At falsi demum conuictis testibus, ipsi
Suppicio exemptae redditam famam sua est.
Saxa luunt falsi seniores, quando sequuntur
Commenta autores peruitiosam suos.

= Conscientia. Io.

Iudicis examen fugerunt sepe scelasti.
Defuit at nunquam pectori iuditium.

= Conscientia. Big.

Crimina multa licet nullo ulciscente patrentur,
Effugiunt morsus non tamen ulla meos.

= Conscientia. Pict.

Istud habet damni uitium inter cætera quod mens
Palpitat assiduo flagitiosa metu.

Semper enim uel si non deprendatur, in ipso
Se deprendi posse putat scelere.

De q; suo alterius quotiens de crimine sermo est,
Cogitat, et credit se magis esse reum.

Inq; dies timor hinc crescit de moribus ergo
Cura sit intrepidos nos bona cura facit.

= In consilijs sit mora. Sleid.

Sit mora consilijs: nam si moderamine tractes,
Prosum ut stulte precipitata nocent.

= Lusc.

Sanius efficies mora consilium, properantes
Pœnitentia hæc stultos præmia digna manent.

= Consuetudo. Pict.

Naturale bonum est Robertie virtus.

Natura

Naturae uitium repugnat omne.

Consuetudo tamen facit frequenter,

Vt contraria sentiant maligni.

Confuetudo peccati. Pict.

Quo magis ad mores per me reuocaris honestos,

Hoc magis impura niteris ire via.

Crede, dies uenient, cum perditus ulcera flebis

Ob longam nimium conualuisse moram.

Nam uetus in uitijs habitus creberq; remitti,

Sed penitus tolli uix Labiene potest.

Conuitia. Pict.

Te quereris natum nimis infelibus astris.

Quod Fabius multis te premat opprobrijs:

Parce Caper lachrymis, nec enim conuitia quisquis

Audierit, sed qui fecerit, hic miser est.

Conuitia. Pict.

Credebam te forti animo similem esse Catoni,

Sed tibi foemineum pectus inesse doces.

Non aliter uerbis te detractoris iniqui,

Quam trifido sterni fulminis igne finis.

Fac redeas in te. Nec enim conuitia quenquam,

Sed uitium turpem Iustiniane facit.

Alios corrigerere. Pict.

Non male coniecto, uidearis ut esse pudicus,

Puribus insequeris Zoilon opprobrijs.

Carpare persicile est alienam Scipio uitam,

Sed propriam in melius, composuisse labor.

Corpus pondus animo.

Carcer & infernus, tum luctus tristeq; pondus
Est animo corpus, quum dominatur ei.
Hoc laxatus enim seue ceu i carcere mortis.
Peruolat ad sedem e indidus ipse deum.

Alciatus.

Vita hominum infelix, & pluribus anxia noxis,
Quam metus exagitat, spes & inanis alit.
Mors igitur felix affectu obnoxia nullo,
Que nos aethereis sedibus alma locat.

Crapula. Big.

Nec gladio, nec naufrago tam magna profunda
Turba perit, nimio pondere quanta cibi.

Crapula. Pict.

VNde tot angantur mortalia corpora morbis,
Me petis, à lauto est multipliciq; cibo.
Prisci uno utentes & simpliciore ualabant,
Tunc herbas norat uix medicina decem,
Tunc nemora & montes scrutatur & aquora, et ali
Vt etiā magicis sepe magisterijs. (det)

Excedunt tamen & morbi medicamina, quippe
Quisq; mori manuit quām cohibere gulam.

Cupiditas moderanda. Dulich.

Elige quod iustum est, nimiaq; cupidine frangi
Effuge, inexpleto deterius nihil est.

Homo nam exhausto festinat auarus Hidaspem
Haurire, ignorans, cum ratione, modum:

*Ille quidem similis, demersæ spongæ in amnem,
Quæ nunquam inde, nisi plena, redire potest.*

Cura. Io.

*Insomnes agit hæc noctes, quatit ista medullas
Vt uiuas, miseros excute corde metus.*

Cura uana abiiscienda. Corn.

*S' quid cura potest, ut cures cuncta monemus,
Nec cures pro te numine sollicito,
Sed neq; tu curare queas sine numine, namq;
Quod cures, quod non, cura erit ista deo.*

Curæ fugiendæ. Corn.

*E^T patria atq; domus uitæ sunt munera, curæ
Non faciunt uitam, sunt labor atq; dolor
Luscinius.*

*C^Vi domus est, uictusq; decens, & patria dulcis,
Sunt satis hæc uitæ, cætera cura, labor.*

Fidelis Curionis institutio, ad Phi-
libertum Carrum. Duch.

*V^T possis ueri officium pastoris obire,
Tuoq; fungi munere,
Turpis auaritiae studium uitabis iniquum,
Et lucra, Carri, pessima.
Si te cura gregis, studiumq; fidele tenebit,
O uiuumq; amor uerissimus,
P^Aneq; doctrinæ, & diuini flumine uerbi
P^Asces eosdem sedulò.*

s Vt grec.

Vt grec securus maneat, nulloq; timore

Perculsius angatur animi,

Tetros, passim autem niuea sub ueste latentes,

Arcibus insister lupos.

Praeterea speculum, exemplar, lux, forma, lucern.

O perum bonorum, ac dux tuis,

Ad Pauli exemplum, proprio sic uiue labore,

Nefis onus nimium tuis.

Pastorum hinc Christus pastor uerissimus ille

Stipendum reddet tibi.

Curiositas. Pict.

Qvicquid fit ruri, quicquid fit in urbe requiris,

Et quid imops Codrus, quid Mida diues agit,

Quid tibi queso serunt aliena negotia rerum?

An ne magistratus Pamphile? nunquid opes?

Qui res alterius proprijs indagat omisis,

Blandiri, aut nigro rodere dente cupit.

Cauendum cōtra dæmonis insidias,

ad Castaldum. Big.

Cum ferus humani generis consueuerit hostis

Insidias nostræ sine fine parare saluti,

Atq; laceſſiti ſemper de more leonis

Rugiat in nostram concuſſo dente ruinam

Non opus eſt placide Castalde uacare quieti,

Non opus eſt lentos nos molli ſtertere lecto.

Vrbs facile capitur non custodita labore,

Quiq; lares tutore carent, ſunt præda latronum.

Trinacri

Truncari uidi semel à tirone pusillo,
 Præstantem uirtute ducem, dum segnis in umbra
 Securusq; sui gremio captaret aperto
 Frondibus extiuis somnum elicientibus auras,
 Si uersuta procul uulpes, si dama latrantes
 Audierit uel cerua canes, siue æra rapacis
 Accipitris fluuialis, anas resonantia, seſe
 Protinus occultant inter dumeta lacusq;
 Nos quoties strepitus nostras hostilis ad aures
 Venerit, in blanda pigri cantabimus herbas?
 Femina cum nobis nimio uenit obvia cultu,
 Cum uatrias spectamus opes, laticesq; falernos,
 Et suaui nidore dapes, regumq; fauores,
 Non procul hinc animarum hostem mugire leonem
 Haud dubium est, tunc mente decet nos illa sagaci
 Elapsura breui meminisse, nigrumq; sub illis
 Abscondi uirus, miserisq; resurgere lites.
 Sæpius hinc morbosq; graues, & bella cruenta,
 Quid stolidū magis est, quam longā exposcere uitā,
 Et tamen ignava semper torpere quiete?
 Quam si quis recta uelit expendisse bilance,
 Non multum à leto differre fatebitur, atq;
 Vix hominis certum testabitur esse sepulchrum,
 Segnitie tardos conductit nemo colonos,
 Quosq; piget capere arma, truci dum sidere cancer
 Aestuat, hos merita dux concitus imperat ira
 & castris procul ire suis, nec querit incertem.

V ectorum extremas mercator iturus ad oras.
 S ic fugat agricolam multo torpore iacentem
 A eternæ dominus segetis, uæ terq; quaterq;
 Q uisquis is est, cuius præcordia tanta capeſſit
 P igrities, turpem mereatur ut inde repulſam
 H ei mihi crura labant, cor palpitat, ossa gelantur.
 O raq; pallescunt, crinesq; leuantur in altum
 D um mei uo, ne Christe tua de messe repellar.
 A h potius torque innumeris mea membra flagellis.
 A h potius Lybicos profugum me mitte per æstus,
 S iue per arctœ crudelia frigora terræ
 S i neget alma mihi tellus alimenta, diemq;
 P hœbus, & undosum contra me ſauiat æquor,
 E t caput aſiduis niger hoc petat imbribus aër,
 M eq; homines habeant odio, uolucresq; feræq;
 A equo animo tulerim, modo me digneris amare,
 A h pudcat cœlestem animum marcescere ſomno.
 C ùm uideat nunquam ceſſare Hyperiona, ſeq;
 V t tollant plantæ ſublimi uertice, ſemper
 E nit, quoties datur exercere facultas
 I ncrementa ſui, demiror ſepiuſ, unde
 T am grauiter formidet iners ſuccumbere morti,
 C ui ſimilem uitam traduxerit, ecce propinquat
 I lle dies, quo noſtra ſalus Caſtalde reuixit
 C hriſtus, & inferni uictor remeauit ab umbris,
 Q uos laqueos lupus ille paret, que retia credis?
 N unc animis opus eſt nobis, nunc pectore firmo.

Nunc uigili studio nos defensare necesse est,
 Ille uercundo querit pressisse pudore
 Ora hominum quantumq; potest effugere noxas.
 Maiores uenia, seu persuadere, nec esse
 Tartareas poenas, sensum nec habere sepultos
 Hibernas citius guttas, & statis aristas,
 A utumni fructus, et ueris germina dicam,
 Quam ualeam antiqui fraudes numerare draconis,
 Quas si consilio cupimus superari salubre
 Luctibus in primis multis precibusq; supernam
 Imploremus opem, dehinc nostra nouissima semper
 Pectore uersentur: uenient ea tempora, cum nos
 Sub gelida claudemur humo, uermesq; uorabunt
 Viscera nostra, quibus nec terra, nec æquora possunt
 Vertim præbcre cibos, heu lumnia tantis
 Dedita delitijs, uictisq; uacantia ludis,
 Heu cerebrum, tumido quod cæca superbia folle
 Inflat, & immenso studet exæquare tonantis
 Heu celeres in cuncta pedes mala, lingua dolosa.
 Gaudens eæde manus, letiçq; libidine renes,
 Gaudia uestra breui mors auferet, utq; uolucrum
 A eris in campo uestigia nulla supersunt,
 Sic nihil è uestris dabitur spectare triumphis,
 Quodq; magis deflere decet, longeq; timendum
 Est magis, æterni tormenta subiitis ignis,
 Dum Castalde licet, somnos fugiamus incertes,
 Ut domino uigiles redeunte uocemur ad astra.

Cito dandum. Pict.

Dicere eras dabimus, subito dare cum quis amico
Est potis, hunc longa discutiare mora est.
Dum mihi restitui mandare numismata differs,
Acceleras uite fata suprema meae.

Si non uis rerum ius defensare meorum,
Ab saltem curam queso clientis habe,
Iam clara mihi uoce nega quod postulo, mortis
Promissi officij tarda fides genus est.

Quod dare uis, cito da. Aufon.
Gratia que tarda est, ingrata est, gratia naniq;
Quum fieri properat, gratia grata magis.
Idem.

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.
Debitor. Faustus.

SEmper et infelix alieni debitor eris,
Duraq; seruili uincula mente gerit.

In deformem & improbum,
è Græco T. Mor.

Pingere difficile est animum: depingere corpus,
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus,
Nam prauos animi mores natura reuelans,

Fecit ut emineat undiq; perspicui.

Sed formæ portenta tue deformia membra

Quis pingat? quando haec cernere nemo uelit?

Defunctos

Defunctos nō esse plangēdos. Sleid.

Expectare necem, res plena doloribus hæc est,
Qui perijt, tacite gaudet ille sibi.

Define nunc tandem defunctos plangere uitæ,
Certus, post cineres nil superesse mali.

Cornarius.

Instantis fati sunt certa dolenda pericla

Hoc habet in lucro qui prior interijt.

Ne plangas igitur priuatos lumine uitæ,

Non aliud nam illis imminet inde mali.

Dentes. Faust.

Natura omniparens dentes formauit acutos.

Ne uaga, sed claustris lingua sit arcta suis.

Detractio. Pict.

Nemo tam pius innocensq; transit

Huius curriculum uolucræ uitæ.

Vt morsus hominum queat dicaces

Euitare, probris bonos notare

Sunt solatia uana pessimorum.

Detractor. Pict.

Quod percunctanti de religione rccusem

Respondere tibi, te stupor Urse manet

Extimeo canibus sanctum dare, quippe latrantem

Vitæ hominem alterius, suspicor esse canem.

Detractor. Pict.

Crasse uides illum dictoria blanda loquentem

Effuge, non semper que sapit, esca fouet.

Si qua

*S*i qua palam loquitur, lepidum se ostendit in aurem
*N*on uerba, ignitas ipse iacit faculas.

*Q*omodo diabolum uincamus,
*P*ict.

A Stygio quereris te uinci sepius angue,
*V*iribus & tantis sistere posse negas.
E terra sustolle oculos, meditareq; tandem,
*R*ectam homini omnipotens cur dederit faciem.
Scilicet ut nitidos cœli consyderet orbes,
*A*eternamq; illic esse sibi patriam,
Hinc fortis sumas animos, & robur, & omneis
*I*nuitio casus excipies clypeo.
Morsq; erit in uotis, spe uitæ obijisse superuæ,
*E*t hostem pedibus supposuisse suum.

Nulla dies sine linea. Faust.

Nulla dies abeat quin linea ducta supersit,
*N*on decet ignavum præterijisse diem.

Disciplina. Io.

Artibus ingenuis quisquis mansuescere nescit,
*H*ic puer indocili seuior est Tygride.
*D*iuinitæ ueræ. Morus.

Diuinitias animi solas ego iudico ueras,
*Q*ui rebus pluris se facit ipse suis.
Hunc adeo ditem, hunc opulentum ritè uocamus
*M*agnarum quis sit qui uidet usus opum.
Calculus at si quem misere numerandus adurit,
*Q*ui miserc semper diuinitas cumulet.

Hic ut

Hic ut apes paruo crebroq; foramine fosso
Sudat in alueolo, mel alij comedunt.

Sleidanus.

Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille
Postrema quisquis parte locabit opes.
Diues erit uere, qui fidos inter amicos,
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opeſq; tenacem
Congerit in testam, quo numerare queat.
Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vasca, mox fuso diripiente fauos.

- Diuitiarum usus. Alciatus.

Vtere diuitijs ut morti proximus, idcm
T anquam uicturus parce tuis opibus.
Ille sapit uere qui callens hec duo, nouit
Non nimium largus, nec nimis esse tenax.

Diuitias mortuo nil prodesse.

Quo tibi diuatięnum post quoq; fata sepulchro
Ingeris: & socias putre cadauer habes?
Ne tenuis uideare, perit male temporis ingens
Portio, nam uitæ nil potes adiucere.

- Diuitijs quomodo utendum.

Lilius.

Diuitijs utare tuis tanquam moriturus,
T anquam uicturus denuo parce tuis.
Vir sapiens est ille quidem, qui haec ambo uolutans,
Parcit, quiq; modum sumptibus applicuit

Diuītījs quomodo utendū. Auso.

RE fruere ut natus mortalis, dilige sed rem

Tanquā immortalis: sors est in utroq; uerēda.

Diuītījs quomodo utendum.

Morus.

TAnquam iam moriturus partis utere rebus,

TAnquam uicturus denuo parce tuis.

Ille sapit, qui perpensis his rite duobus,

Parcus erit certo munificusq; modo.

In diuitem. Lilius.

Diuītias locupletis habes, animam sed egeni.

Hæredi o diues, sed tibi solus egens.

Vt patientiæ crescant præmia non
audit subito deus iuocantes se.

Ver.

VT tua maiori crescat patientia laude.

Non audit subito uota, petita deus.

Qui deo militat mortalia cōtemnat.

Ver.

TErre spernat opes cœli qui militat oris.

Principis æterni castra sequenda tibi.

Doce. Pict.

Non est te Christi sapientior alter in æde,

Nec tamen illa est tibi cura docere rudes.

Militibus quemcunq; piget succurrere captis

Carole, cum possit, non amat ille ducem.

Ebrictus

= Ebrietas. Big.

VIsus hebet, fumant artus, cerebrumq; rotatur

Nec facit offitum pes, animum ue suum.

In ebrium & uiolentum. Vrs.

Violentus usq;, & usq; uinolentus es

Vna addita uel una adempta litera

Vtrunq; recte conuenit nomen tibi.

= Ad eundem. Faust.

Non imos epota pedes, sed bachica summum

Vis caput inuidit, parcus ergo bibe.

Ebrij benigni. Morus.

Vespere quū bibimus homines sumus, atq; benigni,

Mane homini siccus trux fera surgit homo.

Cornar.

Est homo blandum animal, ubi sero pocula sumpsit,

Non differt trucibus mane sed ille feris.

Eleemosyna. Pict.

Extruis excelsis urbana palatia pimis.

A tq; suis laribus prædia nulla carent.

Et bene Sexte cubas, bene pasceris, & bene uestis,

T eq; negas uti posse opibus melius.

F alleris his inopum frigus depelle famemq;

S ummus fructus opum est has dare pauperibus

Eleemosyna. Pict.

Abs te ne faciem deus Marulle

A ueritat metuis, modum docebo,

Quo securus eris tuam causa

A nudo

A nudo faciem famelicoq;

A uertas, dat enim deus pari par.

De Eleemosyna. Ad Marcum.
Big.

Sⁱ quid arenoso pingas in littore, fluctus

O bruit, aut tumidi seu a procella nothi.

E t cerusa perit digito, & flammam enecat imber,

A tq; abaci delet cana salina notis.

A ssiduis sic abluitur mens sordida donis

I nsautis fuerint si ditta pauperibus.

A c uelut est scelerum fomes sitibundi cupidus,

L arga ita uirtutum est portus & aura, manus.

Q uod uiduas fuerat tutata libenter egenas,

A d uitam dōmita morte Tabitha redit.

S i sua Chaldaeus Daniele monente Tyrannus

P urgasset iussis crimina miseribus,

C erte ea percessus nriquā in tormenta fuisset,

Q ue nocturna fuit uaticinata quies.

T ut tamen hec cum Marce legas, cum u' arc laboras

S tenimur maiores irrequictus opes.

N e pereat census, uigilas, animaeq; salutem

D espicis, & salua re perisse iuuat.

A h miser ad fontes hac nocte uocaberis umbras,

E t congesta tibi tot bons cuius crunt?

F orsan adhuc uenis salientibus auferet hostis,

N emoq; qui donet ueste cadauer erit.

N óme istud multis contingere cernimus: an tu

Fortune

Fortuna solis non es in orbe rotæ?
 Quin ipso pendes in margine forsitan iturus
 Cras, hodie in præceps, nec tamen ista times.
 Nec mirum rabies quia te cæcauit habendi,
 Intentusq; lucro nulla pericula uides
 Huc nihil intulimus, nihil hinc auferre ualemus,
 Oppida rex moriens, friuola linquit inops
 Vis doceam, quo gaza modo tamen esse perennis
 Posit, eam fido pauperis abde sinu.
 Captiuos redimat defossa pecunia, nudos
 Veste sub innumcro pallia clausa tegant.
 Accipiant spatiofa uagos pallacia, quiq;
 E surit hunc, superest qui tibi, panis alat.
 Sic homines facimus nobis superosq; benignos,
 Sic bene dispensas multiplicamus opes.
 Que quondam uati paulum donauit olim
 Plena habuit caris uasa diebus annis.
 De modico dedit hæc totum, tu pauca recusas
 Ex coaceruata fertilitate dare?
 Passibus it lentis dubijsq; uiator honustus,
 Se sarcinulis, qui petit astra, leuet.
 Quam stultum est præferre bonis terrena supernis,
 Diuina humana, fluxaq; perpetuis?
 Qui coram fuerit populis opulentior, illo
 Superior coram numine nullus erit
 Quicquid credidimus Christo, nec latro nec audax
 Filius, aut fiscus lisue maligna rapit

In tuto est, quodcunq; deo custode tenetur,
Hoc est heredi consuluisse suo.

Pascitur in medio diuinitus ille leonum
Hic corus in solis auxiliante locis,
Et tibi ne desit uictus soboliq; timebis,
Si bene de summo promereare deo?

Nunquid arant uolucres? num frugibus horrea com/
Cœlestis tamen his fert alimenta pater. (plentia)

Nec te munifica presignem mente iuuabit?
Puperibus quisquis donat, egere nequit.

Si tua consruo claudes precordia, quicquid
Est tibi largitus, reddere coget herus

Pone, quod hinc referanda foret tibi gratia nusquam.
Quæ uirtus magis est, quam dare digna uiro?

Vnde magis sequitur domini uestigia, quam cum
Pueribus assiduam suppeditamus opem?

In commune suum facit is lucescere solem,
Innumera noctes irradiare face

Dat proprias cunctis escas animantibus omnes
Tezmine corporibus conueniente tegit,

Infelix, quicunq; graui se mancipat auro,
Vinctus is ingenti marmore colla natat

Ne pereas, memor Archite sine cuncta perire.
Prædiu, & à duplice pocula quærc manu

Res homines humana decet, feritasq; ferarum est.
Quem nunquam miseret, uir sapit ille feram.

T e frustra natura animal lachrymabile fecit,

Si durum medio corde adamanta geris.

In clementia bellica. Faust.

Nulla est ardenti miserans clementia bello,
Impetuosa pium dextera nescit opus.

Episcopus. Faust.

Caetera quo superet meditanti pectora sensu,
Imposita ex ipsis nomina rebus habet.

In Episcopum quendam folidum,
& perparcum. T. Mor.

Vita Sybillinos mea si duraret in annos,
Non bonitas unquam praesulis excideret.

Iugera multa soli locat, amplas possidet urbes,
Centum stipatus progreditur famulis.

*M*e tamen exigui census, quum nuper adirem,
Excipit, & uere comiter alloquitur.

Quin abiens nigri gustarem ut pocula uim,
E loculo clauem liberat ipse suo.

Erudiendi pueri in etate tenera.

Ver.

Dum tenera est etas, generosos imbue mores
Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

Exempla. Pict.

Tolle tuos monitus & uerba disserta, mouemus
Exemplis multis pontice, uoce parum.

Namq; loqui facile est, summi est fecisse laboris,
Sic cupis audiri, que loqueris facito.

Fama

Fama. Io.

Quid superest mortis gestorum gloria satum
Nescit, et haec cineri posthumat una suo.
Fatis nemo potest repugnare.
Lusc.

Si ducunt te fata, feras, dolor additur omni
In uito, et collo non minus illa trahunt.
Morus,

Si ferris ferre et fer, si irasceris, et te
Laeseris, et quod fert te feret, immo trahet.
Cito fauendum. Pict.

Si te iura mouent iniopum uiolata, tuoq;
Si qua sedet pietas pectore, si qui fides,
Si quis amor tibi iustitiae sine lite regenda est.
Si tibi clamor; dispergit ira fori,
Si presens milii per magnū crucis oro triumphum,
Et recipi testes preceipe quæso meos.
Quodq; probi Iuli est hominis, cras dicere noli
Presto ero, cum possis non minus esse hodie.
Omnes sunt felices ubi omnes amici.

Ver.

Viam felix et quanta foret respublica, ciues
Si cunctos unus conciliaasset amor?
Nemo felix ante obitum. Faust.

Ne quisquam extrema felix nisi morte uocetur,
Instruis accenso Croese ligate rogo.

Alind

Aliud T. Mori.

Non es dum in sommo es, dum nec te uiuere sentis,

Felix, at somnus ni ueniat, miser es.

Qui felix igitur sorte indulgente superbit,

Inflatusq; leui prosperitate tumet.

Nox quoties uenit, aut toties iam desinit esse

Felix, aut toties incipit esse miser.

Fides. Faust.

Avrea quam sancto coluerant secula ritu,

Aut nulla aut nostro est tempore rara fides.

Quanta fides fuerit, tanta re-

tributio. Ver.

Est operis mensura fides, nostriq; laboris

Examen, capies praemia, quanta fides.

Fidelis. Pict.

Nepte triumphali tua Cosmicc lauru,

Dignaq; propensis uota resoluteis.

Inscribiq; iube Paro tua nomina saxo,

Totaq; uictori plebs tibi cantet io.

Scilicet est puerum res ardua fallere regem,

Dificile est opibus preposuisse fidem.

Finis. Pict.

Præteritos quamuis bene Quinte peregeris annos,

Non tamen in tuto dixeris esse uado.

Qualcm habeant finem Christi uexilla sequentes

Quarendum est, uitam mors probat aut reprobat.

t. Flere

Fleere mortuos. Pict.

Dilaceras crines, fletumq; ululatibus implet,
Mœstiaq; sanguineis unguibus ora notas.
Credis an extinctos hinc posse resurgere natos?
Fleri obitum, est addi uulnera uulneribus.

In fœnoratorem.

TRadis ad usuram, dederas nuper, dabis inde
Nunquam æris proprij sic fueris dominus.

Formæ fuge bonum. Ver.

HAec quam cernis anum, quondam formosa puella
Exstitit, an nescis quam breue forma bonum est.

Forma caduca & malí persæpe
causa. Ver.

QVid fidis formæ populat quam morbus et alii,
Multis causa mali candida forma fuit.

Fortis. Faust.

INstanti ueniunt subcunda pericula casu,
Rebus in angustis fortia corda patent.

Fortuna. Faust.

VItrea dum splendet uultu fortuna sereno,
Protinus in uili fracta recumbit humo.

Amici fortunæ. Faust.

AGmina que nitido credis fidissima cœlo,
Nube subobscura terga fugata dabunt.
De uicibus

De uicissitudine fortunæ ē Græco,
T. Mor.

Lvbrica non seruat certum fortuna tenorem,

S ed rotat instabilem cæca subinde rotam.

S ternere summa libet, libet infirma tollere rerum,

Inq; uicem nulla uertere lege uices.

Maxima quum bona sunt, iā sunt mala proxima, rursus

M axima quū mala sunt, proxima iam bona sunt.

F orti animo mala fer, nec bis miser esto dolore,

N e cito uenturis præmoriare bonis.

De fortunæ inconstantia. Vrs.

Fundus Achæmenidæ fueram, nūc cedo Menippo.

M ox alium rursus, mox aliumq; sequar.

V itq; suum hic credit, sic me prius ille putauit,

Sed me, fortunæ sum, quia nullus habet.

Garrulus. Faustus,

Extratum ad malum primo quæ obtundit ab ovo,

V itanda est mensæ garrula pica tuæ.

De ueris gaudijs. Ver.

VNa salus seruire deo est, hæc gaudia sola

V era putas, quorum gloria finis erit.

De falsis gaudijs. Ver.

QUæ durare putas mortalis gaudia uitæ

Sunt brevia, & finis tristis amator erit.

Post gaudia dolor sequitur. Ver.

AEternus sequitur præsentia gaudia mœror,

S tulte delitijs credis utrisq; frui?

Generofus. Faust.

Accepsum dupli munus cum fœnore reddit,
V incitur haut larga mens generosa manu.

De gloria, & populi iudicio.

T. Mor.

Maxima pars hominum fama sibi plaudit inani,
A tq; leuis uento fertur in astra leui.

Quid populi tibi uoce places? sepe optima cæcus,
D at uitio, & temere deteriora probat.

Sollicitus pendes alieno semper ab ore.

Ne laudem cerdo quam dedit, cripiat.

Fors tamen irrideat quo tu laudante superbis.

Ex animo laudet, laus tamen illa fugit.

Quid tibi fama facit? toto lauderis ab orbe,

Articulus doleat, quod tibi fama facit.

Gula. Faust.

Sint ignota licet magni patrimonia Croesi,

Immense absunt alta barathra gulae.

Homo. Faust.

Quid genus affectas uitam mortale perennem?

Quum sis momento bulla caduca breui?

Hominis ortus & mors. Alc.

Flens ego sum genitus, celebrantur funera fletu,

Transfacta innumeris uita fuit lachrymis.

Omiserum mortale genus, lachrymabile semper:

Quod factum ex cinere est, soluitur in cinerem.

Hospes.

Hospes. Velius.

Cluis & hospes eris gratus, nam qualis & unde
Natus es, hospitij querere iura uetant.

Hypocrita. Faust.

Ne pura explicitæ credas sub imagine fronti,
Raptorem occultat pellis ouina lupum.

Hypocrita. Pict.

Nil fieri in toto reor infelius orbe,
Atq; adeo nobis exitiale nihil,
Quam si quis spe gloriolæ sua membra flagellet.
Et sese longa maceret esurie.
Nec uiuo nec defuncto datur ulla uoluptas,
Vsq; subit poenas, quas sibi sponte tulit.

Hypocrita. Pict.

LAudo quod assidua sis in prece, templa frequētes,
Ocia quod fugias, illicitosq; toros,
Quod neq; soenus amies, neq; delecteris honore,
Non tamen est aurum, quicquid Homere nitet.

Hypocritis. Big.

SAnta foris, sed prava domi est mihi uita, placendi
Causa homini proui ledere pendo deum.

Hypocritum detestatur ad Ladi
sil. Big.

QVid sibi concretis uult squallida barba capilliss?
Quid uox demusso pressa supercilio?
Non aliter Struto data forma uolatibus apta est.
Cum tamen is nunquam Ladisilae uolet.

Virtutum tibi signia placent, sed displicet usus,
Sub pulchro uermis cortice sepe latet.

Quam graue pro fragili est duros mercede laborcs.
Magnaq; pro paruo dama fauore pati.

Decipitur, quisquis mauult probus esse uideti,
Discendis animi quam uigilare bonis.

Quicquid agis studio laudis, uanescit inauras,
Illaq; continuo uix satis orta perit.

Munda licet fuerit caro uirginis, hanc tamen nitro
Abruuit infecta mente uocare deus.

Quid corpus torquere fame modicaq; quiete
Est opus? et togula pauperiore tegi?

Si tamen incultis animus sub uestibus ardet?
Mensq; inter sordes ambitione tumet?

Florida nil prodest sine fructu uinea, sic et
Nil animam, quod fit laudis amore, iuuat.

Namq; licet frondes uideatur habere uirentes,
Non tamen ad fructum prouenit illud opus.

Quis furorem alto te credere uiuere in axe.
Desossus scelerum stercora cum iaceant?

Quae tua laudari est, ceu sis sine labore, uoluptas
Ipso animo sordes conspiciente suar?

Vt qui comperto ditari somniat auro.
Gaudet, at cuigilans gaudia uana dolet,

Nonc miser simili cruciaris imagine, cum te
Laudari ficta de probitate uides?

Laus hominis propria est natura uiuere, sanctis
Legibus,

Legibus illa nihil, quod simulatur, amat.

Si quis factilibus sic uti nōuit ut auro,

Nullus cum magnum denegat esse virum,

Nec minor est, uti fulvo quicunq; metallo,

Sic ut factilibus Ladisilae soleat.

Pauperies animis nunquam est lucrosa superbis,

Summissis nullo tempore census obest.

Est sua muneribus merces, si causa mouendi

Diuinus fuerit pectora dantis amor.

Sic et temperies, et mens interrita prodest,

Sic utens aqua dextra bilance iuuat.

At secus, in rapidas abeunt ea cuncta procellas.

Perdunturq; pari res preciumq; modo.

Erga uana rudis praēconia despice uulgi,

Est animæ humænus subiiciendus honor.

Impunitas. Io.

Quas tulerint leges frangunt impune tyranni,

Impunis populus sub duce ridiculo.

Ignauia. Pict.

Fortes prisca uiros habebat etas,

Viuentesq; diu, et diu ualentes,

Se somno nec enim dabant gulæ'ue,

Nunc seu sica cibus, sopor sepulcrum est.

Ignoratio sui. Pict.

Nihil mirum est, nostris sint omnia prava diebus,

Ignara est siquidem pleraq; turba sui

Quod si percepto depellere nubila uero

Ex animo quisquam nauiter institerit,
Cognoscet quo uita sibi referenda sit, atq;
Impinget nullis nauigium scopulis,
Non bene uitari sub nocte ceraunia possunt
Lucis inops rectum s̄epe reliquit iter.

Incautus. Pict.

Foemineis pueri spectacula festa choreis
 Dum celebrant, multos Bassae perire uides.
Et tamen huc audes accedere, cæcus & amens,
Est mihi, subsequitur qui pereuntis iter.

Contra inertes. Ver.

Tolle moras, uolucres menses labuntur & omni,
 Ultima sit nescis quando futura dies.

Ingenium humanum. Io.

Multiplici natura seras munimine rexit
 Plus habet ingenij munere nudus homo.

Ingenium malum nullis officijs
 mitescere. Vrs.

Admoveo nolens catulo distenta lupino
 Ubera, cò me amens sed trahit upilio.

In me, lacte meo nutritus, fuiet olim,
 Lectere naturam gratia nulla potest.

De iniuria æquo animo ferendum,
 ad Claudium. Big.

Vindictæ cupidus Claudi dedisse furores.

Vnius hanc uoluit nam Deus esse suam

Quis

Quin potius uerbis maledicta repende benignis
 I accluramq; pio prosequere offitio
 Sic uenit ad palmam, qui Christi in gymnade certat
 Namq; ibi uincendi est succubuisse modus
 Testis erit, qui erat fuit crudeliter iustus,
 Quiq; hilaris cædi singula membra tulit
 Testis erit Pauli ceruix, pendensq; Philippus,
 Et qui peclinibus dilaniatus obit,
 Nonne uides vindictæ audiū similem esse furenit?
 Scintillant oculi, stat coma, labra tremunt.
 Nec firmas tenet ille manus, ferturq; citatis
 Gressibus, et toto est multus in ore rubor
 Aestuat imam ferox circum præcordia sanguis,
 Denteq; dens premitur, terra pede icta gemit.
 Intorti crepitant digiti, stridetq; coactus
 Spiritus, et sensu fracta loqua caret,
 Fœdaq; et horrenda est facies deformius utrum
 Sit uitium an grauius noscere difficile est.
 Ah pudcat te saltem habitus ita turpis, et esse
 Humanis finem clavigibus esto memor
 Felices, quos excercent aduersa, quibusq;
 Ipsam etiam offensam non meminiſſe placet.
 Qui mala non animo tulerint illata superbo,
 Nil erit, hos ualeat quod cruciare diu
 Improbis at sceleris retinens sub pectore plagas.
 Flagitio tacite roditur usq; suo.
 Si sapis, ergo pati malis, quam lædere claudi.

Tartara percussor, sydera cæsus adit,
 Cæsus Abel colit astriferas in præmia sedes,
 Sed stygis antra Cain sanguinolentus habet.

Ingratus. Cor.

Pertusum uas est ingratus homuntio semper,
 Omne quod infundis perfluit in nihilum.

Lusc.

Rimarum plenus perdit tua dona scelestus,
 Si sapis integro uina reconde cado.

Ingratus. Pict.

Multa petis stricte consanguinitatis amore,
 Multa sacrosancti iure sodalitij

Cuncta negant fratres, tibi cuncta recusat amici.
 Quippe manu refugis Petre fricare manum.

Ingratum nimium. Morus.

Ingratum est quicquid nimium est, sic semper amarum est,
 Vt uerbum uetus est, mel quoque si nimium est.

Erasmus.

Insuave est quicquid nimium est. Nam dicitur olim
 Mel quoque si immodica est copia, bilis erit.

De ingratitudine in Deum. Big.

Ingratos quereris multos tibi Maure fuisse
 Vt refers, largas comprimis inde manus.

Si semel atque iterum nullas tibi prædia fruges
 Reddiderint, semen non renouare uoles?

Et facto mare naufragio tentamus, et itur
 Ad se a post multam prælia pernitiam

Sepe

Sæpe quod in multis sterili non protulit annis

Campus, id ubertas unius omne tuit.

Si quicquid lœdit nos, deseruisse uelimus

Torpebunt spatio pectora nostra breui

Si quod agis, superum faceret pater, unde Lyæus

Vnde Ceres nobis? unde darentur aquæ?

Quis somnus requiem ferret, quis lampada Titan?

Quis zephyrus uernos condecoraret agros?

Quo staret pax alma loco? nos unde liceret

Protegere à uentis, aestibus, imbre, gelu?

In uocat ille Deum medijs in fluctibus, ille

Ex indignanti præcipitatus equo,

Si Mars sanguineis furiâliter obstrepat armis,

Si seges usta diu nulla alimenta ferat,

Simonstrosa sacri contagio sauiat ignis,

De ucaleoneas si metuamus aquas,

Thuricremas subito flentes properamus ad aras,

Diuinamq; pia uoce rogamus opem.

At simul hinc saluis abiare pericula rebus,

Vertimus in memores terga repente deo.

Hunc reuocat meretrix, illum gula, plurima turba

Ad fastum inuidiam, murmura, furtâ reddit

Heu heu, quo tantis famulabimur usq; tyranis?

Nosq; trahi, uincti more sinemus equi?

Ab pudeat coeleste animal terrena sitire,

Et prona erectum lumina ferre diu.

Iamq; quid humana latcat sub carne, requirat,

Nolit

N olit & inventum prostituisse solo.
S ed quæcunq; dei, quæcunq; uidebimus esse
C æsaris, hæc habeat Cæsar, at illa dæus.

Insatiabilis. Pict.

Extructis plantas uillis, plantisq; locatis,
V icini campos proximioris emis
P rotinus hic aliquid mutas, uix munere functus
Q uestoris, fieri prætor Alane cupis.
D ux equitum factus, peditum quoq; queris habendas,
S pes generat uotis spem sine fine tuis,
Q ue precor inde capis solatia? quæ' ue uoluptas,
E st ueteri curam substituisse nouam?
M utare assiduos & non finire labores,
E st homini optanda nolle quiete frui.

Inspiens. Pict.

Forsitan irasci tibi me Callistrate dicis,
Q uod me mittendum dicis in Anticyram,
D o ueniam, neq; te merito reprendere possum,
I nsipiens omneis mente carere putat.

Inuitus sui poena est. Big.

Mordenti mirare meos me parcere uersus,
I nuidat grauis est mens Tite poena sui.

Inuidus. Faust.

Inuidat perpetuis urit præcordia flammis,
I ncedens fausto sors aliena pede.

Ira. Big.

MEns ignara sui fit me stimulante, ministro
S euitiam, atq; homines iurgia cogo loqui.

Ira. Faust.

SAnguine scintillans feruenti nascitur ira,
Que semper domina mente domanda uenit.

Iudex & censor omni careat peccato.

Ver.

ASpiciat lucem, qui uult damnare tenebras:
Qui carpit mores, labe carere decet.

Iustitia. Faust.

AEqua gerit rectam librat quæ pondera lancem.
Iustitia immota, firma, tenaxq; manu.

Iustitia & charitas arma sint principium. Ver.

Iustitia & charitas ualide sunt principis arces
Nulla tyrannorum uis diuturna fuit.

Iustus. Pict.

Prælia nescio quis mihi litigiosa minatur,
Inq; meum rabido fulminat ore caput.

Colligat innumer as terraq; mariq; phalanges,
M illeq; signato congreget ære duces.

Nullaq; bellorum Pontremole machina desit,
C uncta tuo fretus sperno patricinio,

Non opus est, inopcm speret te iudice diues
Vel prece uel pretio, uel superare minis.

Iustitiam gaza & regum preponis amori,

Nec uite pluris tempora longa facis.
Felices c^essent urbes, si talibus omnis
Lis commissa uiris excutienda foret.
Sed bene quod saltem, Herculei tibi tradita regni
Cura fuit, per te ius ibi fasq; ualent.

Iuuenta. Faust.

Accensa ex ardens flammata libidine pectus,
Labitur in cunctum prona iuuenta nefas.

Labor. Io.

Optima queq; uides longo sunt parta labore,
Hic peperit Graium, Romuleumq; decus.

Nihil labori, & ingenio non
 cedere. Duch.

Conimisso undisonum mare tandem ponte ligatur,
Aerius remo uilificatur Athos,
Humanis pedibus Tethys sub sternitur ipsa,
Ingenti contra puppe meatur humus,
Salmoneus forti iaculatur fulmina dextra,
Præpetibus pennis Dædalus astra petit,
Scilicet ingenij præceps furor inuia rumpi,
Improbus, & uincit maxima queq; labos.

Lachrymæ. Pict.

Naufragium nuper fecisti, desine flere,
Luctibus amissæ non reparantur opes.
Fœdasti uitijs tua Zoile corda nefandis,
Hoc desle lachrymæ pectora foeda lauant,

At nisi decipior, rides mea carmina, ride
Vit lubet, ægroto mella mouent stomachum,

Leno. Faust.

Communis stultæ pestis damnsa iuuentæ,
Surripit incautas leno dolosus opes.

Lex. Faust.

LEx sancta humanae ducta est qua regula uitæ,
D emissum ætherco munus ab orbe uenit.

De licentia. T. Mori

Vltra concessos indulta licentia fines
Prouochitur celeri, non reuocanda gradu.

Si patiare pedem calcet tibi uestigia coniunx.

Calabit surgens hæc tibi mane caput.

Lingua stultitiæ index. Alc.

Qui tacet, haud quicquā differt sapiētibus amens,

Stulticiæ est index linguaq; uoxq; sue.

Ergo premat labias, digitoq; silentia signet.

Et sese Pharium uertat in Harpocratem.

Lingua. Faust.

Quid melius lingua: lingua quid peius eadem?

Trifolia cum dulci toxica melle gerit.

Idem. Faust.

Exteriora gerit qui simplicis ora columbae,

Interiora uastræ pectora uulpis habet.

De lingua. Lusc.

Profuit arcanis posuisse sigilla facendis

Lingua magis rebus scrinia fida petit.

Probis

Probis linguas nihil esse metuendas.
Duch.

Quando tibi recte es, quando bene conscient, atq;
Non terrent animum fraus ue, dolus ue tuum.
Sermones hominum uius ne feceris assis,
S iue boni fuerint, sive mali fuerint.
Nam, quod uulgatum est, & passim dicitur, altum
T ardi cœlum asini uox penetrare nequit.

Lis. Pict.

Res agitur dicis mea, dum Pontremole tractas
Rem uatis, sed agi rem negat ille tuam.
Si tua namq; foret res uatis, ab omnibus ipsam
Quod tibi per facile est litibus eximeres.
Miraris, querisq; modum fortasse, malignos
Vt uincas homines, non prece, fuisse opus est.

Lis. Faust.

Ille breui fiet misero mendicior Hiro,
Tristia qui litis bella forensis amet.
De liuore & miseratione. Eras.
Peiior liuore est miseratio, Pindarus inquit,
Nam sunt felices quos petit inuidia.
Horum nos contra misericet, quorum aspera sors est.
At mihi donari non cupio alterutrum.
Vt nimium felix, uel sim miserabilis ulli,
Nam præstat cunctis rebus adesse modum.
Quandoquidem coeleste uicina pericula sorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.

Soter

Soter.

PESSIMA res liuor, solamen quoddam habet inse,
Liuido enim exagitat lumina corq; simul.

Lucrum iniustum. Big.

INIUSTUM maiora adfert dispendia lucrum,

Hinc rapitur uetus, perditur inde fides.

Præscire malum inutile. Lilius.

SI posset casus quisquam præscire futuros,

Et uitare simul, scire suave foret.

Sin patienda tibi prorsus quæ scire requiris,

Quid præscisse iuuat? namq; necesse pati.

T. Mor.

Suitare queas, quæ sunt patienda, sciendo.

Scire quidem pulchrum, quæ paterere foret,

Sin quæ præscirris uitandi est nulla potestas,

Quid præscire iuuat, quæ patiere tamene?

Idem.

Praescire si queas, quæ oporteat pati,

Queasq; non pati, bonum est ut præscias.

At si te oporteat, licet scias, pati,

Præscire quid iuuat? necesse enim est pati.

Tuta mediocritas, ad Antoniū Ros-

selionem Bellicianum. Duch.

CVI curæ est, tutè sedem retinere perennem,

Fortuna quavis matre, nouerca etiam,

Vitæ, Rossellio, montis sublime cacumen,

Vitæ arenosis ædificare locis.

Illud enim magno uehemens quatit impete uentus,
Illa instabiles grande resolut onus.

Aeternum stabit, nulla fermidine, saxo
Inmixa exiguo non nimis alta dominis.

De mediocritate, è Græco

T. Mor.

In gratiū est quicquid nimū est: sic semper amarū est
Ut uerbum uetus est, mel quoq; si nimium est.

De mediocritate, è Græco

T. Mor.

Agross ego haud porrectiores appeto
Non auream aut Gygis beatitudinem,

Quae sit satis sibi, uita sat eadem est mihi,

Illud nihil nimis, nimis mihi placet.

Mendax. Pict.

Discretior, saluare potes me Carole, siue
Perdere, mandatis stoq; cadoq; tuis.

Interitus genus est spes longa, uel obrue, uel iam.

Erue de tantis pectora nostra malis

Carole priuare malim uitalibus auris,

Quām mea quis tencat sub pede colla diut.

Me quibus oppugnent ambagibus inspicis hostes,

Obstrue ueraci guttura falsa manu.

Alcidæ geris ipse uices, cum noueris esse

Iflius offitium monstra necare, neca.

Per se grande ferunt monstrum mendacia, quantum

For sitan Herculeæ non domuere manus.

Dirue

Dirue falsiloquos, quæ sunt uerissima debent
E sse gubernantis tutæ patrocinio.

Mens. Faust.

Diuina humanos mens est infusa per artus,
C oigit ut spreto facta superna solo.

Tenera mens mala facile
imbibit. Ver.

Heu male diluitur teneris quod mentibus hesit,
P ræsertim durant quæ didicere mala,

Meretrix. Pict.

Cum frustra uitij siccatur riuiulus omnis,
N i fontem ualidis clauseris aggeribus,
I ncassum ploras, incassum pectora cædis
E xpellenda prius turpis amica domo est.

Metiendæ uires. Faust.

Ardua ne subeas ignote pondera molis,
N i benc sint tergi robora mensa tui,
De moderato sumptu. G. Lil.

Duitijs utare tuis tanquam moriturus,
T anquam uicturus, parcito diuitijs,
Vir sapiens est ille quidem, qui hæc ambo uolutans
P arcit, quiq; modum sumptibus applicuit.

Moderatio sit in omnibus. T. Mor.

Tanquam iam moriturus partis utere rebus.

T anquam uicturus denuo parce tuis.

Ille sapit, qui perpensis hijs rite duobus,
P arcus erit certo munificusq; modo.

ii 2 Modestus.

Modestus. Faustus.

Seruanda in rebus prefixa est meta gerendis,
Non excessa pudens facta modestus amat.
Seruandus modus in utraq
fortuna, Faust.

Ne dextra elatum uideat, fractumq; sinistra,
Adsit fortunæ certus utriq; modus.
Modus sit in rebus. Lusc.

Non me tempestas rapiat maris, ac placidum me
N olim detineat uela negans pelagus.
Est primum in rebus modus ordine credo gerendis,
H ic tibi cum tenui, quod satis est placeat.
C orda metu freta mota scient, fidentia torpant,
Inuenies mites uitæ etiam Zephyros.

Cornarius.

Non mihi seu maris tempestas, nulla quietis
O cia longa situ marcida lampe placent.
D iligo sed medium, quum splendida facta uirorum
M ensura fulgent sufficiente palam.
D ilige tu id semper, nullis permixte procellis,
I psa suos mites uita habet & Zephyros.

Mora. Pict.

Qui datus est nobis & nostro terminus hosti,
P ræterij testes posco rogoq; legi.
A tq; breui dici ius obsecro, longior anno est,
Vna homini oppresso litigiosa dies.

Male

Male mori. Pict.

VEntris abhinc menses fluxus te dissipat octo,
Et febris quarto quoq; iterata die,
Iamq; spes est tibi nulla relicta salutis,
Nil medici prosunt, pharmaca nulla iuvant:
Et tamen accersi nondum Beltrande iubetur,
Accuses proprio cui scelus ore tuum.
Sed nihil hoc miror, nam qui male uixit, oportet
Hunc male iustitia sic statuente mori.

Mors. Faust.

Clam uenit orta metens, æqua mors omnia falce.
Hinc habet incertam nescia uita diem
Mors haud timenda. Faust.
Tensa quid horrescis missuram spicula mortem?
Non mors, sed pauci est meta suprema mali.
Sola mors tyrannicida est.

T. Mor.

Dux riter es quicunq; iuris oppressus inquis,
Spem cape, spes luctus leniat alma tuos.
Versilis in melius uel te fortuna reponet,
Ut solet excussa nube, nitere dies.
Aut libertatis uindex frendente tyranno,
Eruet iniecta mors miserata manu.
A uferet hæc (quo plus tibi gratificetur) et illum,
Afferet atq; tuos protinus ante pedes.
Ille opibus tantis, factuq; elatus inani

Ille ferox crebris ante satellitibus,
Hic neq; toruus erit, uultu nec ut ante superbo,
Sed miser, abiectus, solus, incermis, inops.
O quid uita tibi dedit unquam tale? uicissim
 I am ridendus erit, qui metuendus erat.
O cor triste malis misere immersumq; profundis,
 Rumpere sit poena terminus iste tu.e.
Sanguinolenta tue dominæ tua uulnera pande,
 Illa breui est, que nos diuidet una duos.
Quam miser ergo diu sic heu lachrymabo, queratq;
 Mors ades, & tantis horrida solue malis.

Operandum. Pict.

Dicta beatorum ex libris collecta uirorum.
Ad quodcunq; uelis propositum recitas.
Dic Plato quid prodest argenti splendor an usus?
 Effice quod loqueris, nam didicisse parum ejt.

Nuptiæ. Io.

Conubium commendat amor, non foeda libido,
 Hic tibi blanditiæ fornice nequit i.e.

Ocium. Io.

Ocia corrumpunt animos, pectusq; uirile,
 Tristius ignaua mil tibi segnitie.

Ocium. Faust.

Corrumpunt forti celsas cum pectori mentes.
 Ocia plomo desidiosa thoro.

Otium

Ocium fuge. Pict.

Si tibi perpetua uincenti est cura salutis,

Ocia perpetuo delitiosa caue.

Hostis apricantem quoties uidet in ferus hostem,

Semper uictri currit ad arma manu.

Sed timet implicitum manuum pedumque labore,

A ut mentis uigili sollicitae studio.

De uitando ocio, ad Cæ-

sarem. Big.

Quod tibi sit facilis res omnis, & otia turbet

Nil tua, te primum Cæsar in urbe putas

Sit m'tre tranquillum, quid nauita laudis habebit

In portum salua perueniente rate?

Non minus hæc celebrat, quam secula uictuſta Catone

Scilicet huic segnis uita quod acta fuit?

Re magis haud illa nituit, quam uase rotatus

Regulus & Cocles, quod pede claudus erat.

Vnde fuit claros Lucullus adeptus honores?

An quod aceruatas torpuit inter opes?

In uarios uirtutis amor te concitet actus,

Illa nequit requiem molliciem ue pati.

Illa nec est uoto, nec odore petenda Sabæo.

A ſiduo tantum quippe labore datur,

Ecce forum fremuit oppreſſo ui iure potentum

Iustitiae hos contra foriter affer opem.

Ecce ferros contra parat arma ecclesia Turchos.

Curre flagellato puluerulentus equo,

Magni animū tibi sume uiri, Christoq; clientes

Morte nihil timeas multiplicare tua,

Hinc habitant multorum animæ felicia regna,

Magnaq; factori proxima turba suo est.

Vt segetes, sic ingenium exercere necesse est.

Præcipui si quid germinis inde cupis

Germina sunt, placida contra incursantia mente

D urare, & proprio non cecidiſſe loco.

Germina sunt duros nil formidare dolores,

F ortius & cunctis pectus habere malis,

A rdua quid ualeat uirtus, patientia monstrat.

O tia sunt cupido poena laborq; uiro.

N unquam aliquid rear accidere infelicius ulli,

Quām res aduersi cūm nihil eius habent.

Me crebris potius sors occupet aspera curis,

Quām foueat blando desidiosa sinu.

Perseuerantia. Pict.

Coepisti sceleris uiam cruenti

D eclinare, bene est, tibiq; quantum

P ossum gratulor, attamen memento

N on qui coeperit assequi coronam,

S ed quisquis Mariane persecuerat.

Pœnitentia. Pict.

Si tibi uis credam te poenituisse malorum,

Prisca uelim posthac crimina non iteres.

Turpe homini nimis est, ubi se fluiialibus undis

L auerit, à solito nolle carere luto.

Principijs

Principijs obsistendum. Duch.

VT primum ex alto dilapsa est tegula tecto,
Ipsa quidem prompte est restituenda domus,
Nam si differtur longum reparatio prima,
Paruo ex compluvio lata fenestra subit.
Et quemcunq; nimis spes differt, fallitur ille
Sæpius, & misero spes sua tota fluit.

Patientia. Pict.

SE deus in placidis abs te cùm nosset amari
Qualis in aduersis sit, uideamus, ait.
Tecq; flagellauit, solita est offensa docere
Feliciter uere tempore si quis amat.

Peccare. Pict.

VNDE nihil patrare homines diuersa puderet
Crimina, quærebam quæ Tite causa foret
Vox mibi nescio quæ tenui, sic uisa susurro est
Dicere, nulla caret noxa patrocinio.

Poenitere. Pict.

SI cupis ob scelera iratum placare tonantem,
Et uotis placidum restituisse tuis,
Illicitis quantum te noueris Olle uacasse,
Fac tantum licitis abstinuisse uelis.
Namq; sequi uitæ contraria facta priori,
Criminis hoc uere est poenitusse sui.

Polities corporis. Pict.

Ashrios fragrat tua Cosmice uestis odores,
Tecq; lauas omni terq; quaterq; die.

Cæsariemq; parcis flauentem comis in orbes,
Et nullus toto corpore neuus inest

Vita dei famulum nūquid decet ista tonanti
Ni sibi displiceat, nemo placere potest.

Peccatori non esse desperandum,
ad Album Big.

Xcedant numero æstiuas tua criminia frondes,
Singulaq; excelsa sint grauiora iugo

Desperare tamen noli tibi quippe remitti
Exigua possunt omnia lachrymula

Ipse suo nos trahit huncro portasse labores
Dicitur æterni filius Albe patris.

A recta via est inquis, superas qui tendit ad arces
Esto sed et portu non caret ampla suo

Portus in hoc iusto est (male ne te distrahat error)
A equore, delicti poenituisse sui.

A rectam omni peragrant tantummodo labe carentes
Præcursor domini qualis, Abelq; fuit.

Sed latro est permensus iter spatiiosus, et quo
Mortuus est, habuit regna beata dic

Flerit enim quicunq; animus uel pessimus hora.
Protritus hunc gremio suscipit omnipotens

Hinc ea sydereos ingressa fuere penates
Agmina, que nemo dinumerare potest

Fallor? an et structam et largam qui credit eandem
Eesse viam, a uero discrepat ille nihil?

Christicole, ad superos ceu sit via strita, timendum est
Sperandum,

S perandum, ceu nil latius esse queat
S pes simul & formido dei sub lege iugantur
H ec illi, huic miro congruit illa modo.

E sto etiam spatiofa nigrum via ducat ad orcum
M aior & infernis turba feratur aquis,

C erne Eurum & Zephyrū Boreamq; tuere notumq;
C hristicolæ in toto pars gregis orbe quota est?

N ee, quoniam multos deus asserit esse uocatos
E lectos paucos, extimuisse uelis.

P erlege scripiuram, nummum capit ultimus eque ac
P rimus, & à domino nullus inanis abit.

S i neque as sedem electæ meruisse cohortis
Q ualem martyr habet uirgineus ue chorus

Q uare uocatorem saltem esse nouissimus, idq;
I n summis etiam rebus habere uelis.

N ónne uocat multos & amat terrena potestas?
C um paucisq; tamen nocte dieq; manet.

P one, quod excelsi sis ima in ualle barathri
E t restim ex alto porrigit axe deus,

T am ne salutarem tardabis prendere funem?
E t tamen hoc differs? nec tua damna uides.

F lecte gradum, peccasse dole, summitte tonanti
C eruicem, & sine te, quo uelit, ille trahat.

T eq;, ubi cuncta tuis pro uiribus egeris, esse
M omenti seruum nullius Albe puta.

S ic funem capies, puteiq; uoragine ab alti
I llæsus poteris pro filiuisse foras.

Peccatum. Big.

PEcatum est cum quis loquitur ue facit ue cupit ue
A eterni contra iussa uerenda patris.

Principes indocti. Pict.

Sic humana iacet uirtus, ut nulla salutis

Spes sit iuditio Cosse relicta tuo,

Quae sit causa, taces, dicam tibi, causa malorum est.

Plena quod indoctis omnia sunt dominis.

Omnis homo peccat E Græco suo.

Borb.

LAbitur omnis homo, ut mercatur sepe flagellū,

Quem uel in electis uult deus esse suis.

Patientia. Pict.

Nec lachrimæ ægrotō prosunt, nec thura sepultis,

Nec nautis fracta multa querela rate.

Sic nihil Olle tuum sedant lamenta furorem,

Imò magis querula uulnera uoce fous.

Quod pateris, conare animo tolerare libenti.

Quod geris inuitus, te magis urget onus.

Peccata deum scire. Alc.

FOrte uiros que tu facies malefacta latebunt,

Pretereunt summos nec meditata deos.

Lusc.

VT celes hominum commissa piacula uulgus,

Nulla tamen fugiunt mente reposta deum.

Bergius

Bergius.

IMprobe mortales quamvis tua crima celestes,
Fallere cœlestes non potes ipse deos.

Soter.

IMpostor licet usq; homines celaueris, atqui
Celare haud illa quiveris arte deos.

Poenitentia. Io.

EMendare uelis infectos crimine mores
Despiciens animum numina nulla tuum.

Præmium & poena. Io.

Virtutis sectanda uia est, uitiumq; fugandum
Præmia digna bonis, poena parata malis.

Peccatum. Io.

PEcceatum est quicquid prohibent æquissima iura,
Quodq; iubent fieri ni quoq; perficias.

Peccatum est obex inter animam &

Deum. Ver.

Ostenebrat mentem peccatum, est obicis instar,
Quo nequit autorem cernere tecta suum.

Quod nulla sit excusatio peccatorū

Ad Marcum. Big.

CAccus emat cum sepe ducem, nos unde uidentes
E rrores inter uiuere Marce iuuat?

Cur uarijs patimur ledi uestigia saxiss?

E t recta sumpto nolumus ire duces?

Alter egestati uitium imputat, alter opimis.

R ebus, hic ille cœbris principis, ille minus.

Artibus

A rtibus hic ualidis ascribit, inertibus ille,
 S ynt qui causentur tempora, quiq; locum,
 N emo tamen mores mutata sorte uertustos
 M utat & attritum nemo relinquit iter.
 T empora mutantur simul & loca, sed tamen herent
 I psa diu obseisis crimina pectoribus.
 N on facile è panno labes antiqua leuatut.
 N on facili pridem foeda lauantur aqua.
 F allimur heu miseri, non est extrinsecus ullum
 F lagitium, in medio pectore regna tenet
 V ulnus hiat letale, tamen medicina paratur
 N ulla, nec à nobis curritur ad me dicum.
 I lia si doleant, terras peragramus, & æquor,
 C uram animi nullus deficientis habet,
 H inc ubi conualuit longæ assuctudine pestis,
 P harmaca nos opus est afferiora pati.
 Q uin admota nimis sero quandoq; sub orcum.
 S uerunt flebilibus præcipitare modis.
 N ec tamen ex animo spes decidat, ulcera quamuis.
 I mmodica fuerint putrida facta mora.
 N il ita difficile est, quod cura operosa, laborq;
 M ultipli nequeant exuperare uia.
 F lexæ inde in rectum reuocari robora possunt.
 C uruatasq; trabes explicuisse datur.
 T errificanq; bonus salua trabe nauta charybdin
 T ransit, & expugnant moenia celsa duces.
 E t rerum in nostros naturam uertimus usus.
Aequora

A equora sulcamus remige, bobus humum,
Per iuga cliuosos excidimus invia calles,

In mediaq; domos ædificamus aqua.

Et bello frenamus equos, oneriq; camelos.

A ucupiumq; truces ungue docemus aves.

Instruit hic pardos uenatibus, ille molosso,

Captandisq; suit piscibus ille plaga

Ceu pudeat, sanæ uult nemo attendere menti,

Vult nemo fini consuluisse suo.

Si uetus est animi morbus, sudare necesse est.

Si nouus est, modico plaga labore coit.

Principijs igitur sapit is, quicunq; resistit,

Proxima sunt omni multa pericla moræ.

Peccator & cæcus & bestia

efficitur. Ver.

Cor deus iniusti nebulis obnubilat atris,

Exuit & formam fitq; repente fera.

Patientia, T. Mor.

Tristia qui pateris perfer, sors tristia soluet.

Quod si non faciat sors, tibi mors faciet.

Illa patria est felix ubi iuuentus assue-

scit modicis cibis. Ver.

Illa domus felix ubi paruo assueta iuuentus,

In festo coctum luxuriatur olus.

In peccato est plus doloris quam

uoluptatis. Ver.

Quid lætare miser? peccati est nulla uoluptas.

Gaudia.

Gaudia plus aloës quam tua mellis habent.

Punitio. Io.

Corripet populum Regnator uindice sceptro,
Quem nequeunt homines, puinet ira Iouis.

De homine paupere.

Non ego fortunam, nec spem, nec deniq; curo
Fraudes, optatum portum ego contineo.

Nam sum homo, sum pauper, libertatemq; reseruo,
Duitiae nullæ quam uiolare queant.

Ad paupertatem uia. Lilius.

Corpora multa alere, & complures ponere sedes,
Ipso est ad summam semita pauperiem.

Ad pauperiem uia. Morus.

Multa ædificare domos, & pascere multos,
Est ad pauperiem semita recta quidem.

Prudens. Faust.

Quisquis es o prudens, Ianum sectare bifrontem,
Sunt ora, atq; oculis terga uidenda tuis.

Populus consentiens Regnum dat
et aufert. T. Mori.

Vicunq; multis uir uiris unus præest.
QHoc debet his quibus præest.

Præesse debet ne utiquam diutius

Hi quam uolent quibus præest

Quid impotentes principes superbiunt

Quod imperant precarios?

STIANA LIB. II.
Dediuina pace, ad Paulum.
Big.

323

Non ego cum Siculas sis prætor iturus ad urbes.
Orabo, ut faustæ te comitentur aues,
Scilicet humanæ uersuta negotia gentis
Omnipotens auribus supposuisse uelit
Vt comitem diuinam habeant tua pectora pacem:
Suppliciter trinum Paule rogabo deum.
Sic poterit nec Scylla tibi nec obesse Charybdis,
Nec qui sulphureas mons uomit usq; faces,
Donec eris tanto munitus præside, nunquam
Luxurias, nec opum te superabit amor.
Non fauor à recto, nec uerba superba, nec ira,
Nec blandæ poterunt te remouere preces.
Stabis, ut in medio cautes firmissima ponto-
Casibus & cunctis mens tua maior erit.
Hoc quicunq; scribit, seu uir seu foemina in agro
Foenore prouentus uberiore legit.
Hec est illa seges nitidis preciosior astris,
Que saturat uiuo pectora nostra cibo.
O felix nimium, & rerum pulcherrima mensa,
O furtunatae teriq; quaterq; dapes.
Si mihi cum multis uox esset aliena linguis,
Et phœbea meum dextra moucret ebur,
Non tamen attigerim tam celsas carmine laudes,
Nulla capax tanti est musa ministerij.
Non igitur uolueri, sed te comitante per omnes

x Paulus

P aule vias summi pace tonantis abi,
 H ac ope erit reos Moses saluo agmine fluebas
 C oncinitur sicco præterisse pede.
 H ac ope confisus Iosues consistere lunam
 I ussit, & astrorum lentius ire ducem.
 S itc Paule geres pacata mente, benigno
 O re, nec in rebus sanguinolentus eris,
 C ertatim iuuenes cupient parere senesq;
 N ec Iouis imperio laus inde erit tuo.
 A c tibi nil rabidi poterunt nocuisse tyranni,
 N il acherontei tota caterua laris.
 N ec tua crudelis mors deterrere ualabit
 P ectora, seu iuuenis seu moriere senex.

Mors. Io.

M ors potius subeunda uiro, quam turpibus ausis
 C andorem uitæ commaculare suæ.

Mors uiri boni non est
 Flenda. Ver.

N obitus flendus, sequitur quem uita perennis.
 V ius enim semper, qui bene uixit, erit.

Mors nemini parcit. Cornar.

M ortuus expecto te, expecta deinde alium tu,
 V num etenim cunctis hospitium orcus erit.
 L uscinius.

M orte mea quidam Theodorus gaudet, at huius.
 P rotinus hinc aliis, stat sua cuiq; dies.

Mors

Mors omnibus æqua. Pict.

Omnies, diues, inopsq; adusq; ad mortem,
Viuunt, diuitibusq; quod pauendum est,
Causam fertilitas frequenter adfert
Aeterni interitus, acum camelus
Ingressu magis intrat expedito,
Quam regni locuples domum superni.

Mors unde dicta. Pict.

Quale neq; pauperibus, neq; mole potentibus auri,
Nec pueris noui parcere, nec senibus.
Mors uocor, impositū nunquid maledixero nomen,
Quod fugere à morsu res nequit orta meo?

Mors. Pict.

Cum sit cunctarum mors Galle grauiſſima rerum,
Communem uult hanc cur deus eſſe, petis.
Forsitan ut summam fors omnibus æqua ruinam
Soletur, plures quod premit est leuius.

Mors. Pict.

Quale modo iactabas, ubi sunt constantia uerbas?
Sunt ubi sollicito libera corda metu?
Te leuis à summo casus quassauit ad imum,
Vtq; graui myrtus uento agitata tremis.
An dictum magis est pronum, quam Cinnamē factus?
Inq; uado facile est nil timuisse fretum?
Sume animum, nec te sic descre, teq; memento
Eſſe uirum, nunquam succubuisse uiri est.
Nulla diu mala discriuant, dolor euolat omnis,

Dum sumus hic, statio nos aliena tenet,
 Mox erit hinc nobis migrandum, colligo mecum
 Sarcinulas, dicet mox herus, hospes abi.

Mors non timenda. Borb.

ATTRA mors non est adeo timenda,
 AVt tibi nil sit magis expetendum,
 Si futurorum tibi cor bonorum
 S pecula tangit.

Quicquid in sanctis legitur prophetis,
 Et libris sacris, animos piorum
 Hoc docet nostram perisse mortem
 M unere Christi.

Mors iacet certe superata Christi
 Morte, nec Christo dominatur ultra,
 Nosq; qui Christum sequimur fideles
 V iuimus una.

Hoc semel corpus morietur ægrum,
 In diem, sed quod domini resurget
 Lucidum uitro magis & recocta
 Purius auro.

Sol ut ē luna tamen, utq; stellæ
 Differunt, sic tum uarie resurgent
 Mortui, coelum manet innocentia,
 Terra scelestos.

Ergo ne mortem metuas rogamus,
 Spe bona fructus, potiusq; Christo

Gaudias

Gaudes iungi, fieriq; luci
S tella refulgens.

Mors quietis mater. Morus.

NVm stultum est mortem matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, mœstaq; pauperies?
Sola semel miseric sece mortalibus offert,
Nec quisquam est ad quem mox iterum redijt.
At reliqui morbi uarij, multiq; uicissim
Nunc hunc, nunc illum, terq; quaterq; premunt.

Luscinius.

MOrtem cur timeas, solidam paritura quietem
Que morbis releuat pauperieq; graui.
Sola semel uisa est hominum petuisse penates,
Atq; ego dispeream, denuo si redeat.
Languores contrà multi & uarij hunc, uarij illum
Infestant, uicibus deinde redire solent.

Morti omnes nasci. Berg.

Viuimus heu morti, morti quoq; nascimur omnes,
Vt grex pororum qui temere intereunt.
Qui bene uixit non timet mor-
tem. Ver.

QVi bene præteritos sine labore peregerit annos,
Non horret mortis uulnera dira pati.
Mortem non esse metuendam cū sit fi-
nis malorum, è Græco. Mor.

NVm stultum est mortem matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, mœstaq; pauperies.

Sola semel miseris se se mortalibus offert,

Nec quisquam est ad quem mors iterum redit.

At reliqui morbi uarij, multiq; uiciissim

Nunc hunc, nunc illum, terq; quaterq; premunt.

De morte. T. Mor.

Somniat, hic ditem qui se putat esse, uidetq;

Morte experretus illico quam sit inops.

De morte. G. Lili.

In gredior nudus terram, egredior quoq; nudus.

Quid frustra studio, funera nuda uidens.

Mortui non flendi. Lusc.

Audantur Thraces, natos quod uiscera matrum

Egressos gemitu protinus excipiunt.

Quodq; relinquentes uitam sine fine beatos

Credunt, incertos dum fera parca rapit.

Illos uita malis quia destinat omnibus, hinc hos,

Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Mortui non flendi.

Cquis non laudet Thracas? qui prodit ut infans,

In lucem ex utero fletibus ora rigant,

Quiq; beat cernunt quoscunq; relinquere seclum,

Parcarum, quos mors dira ministra rapit.

Nam uiui uario iactantur turbine semper,

Qui moritur finem repperit ille mali.

In mundo nihil stabile. Lus.

Vita rapit miseros scapha ceu uicina periclis,

Naufragus orumq; qua patet assiduis.

Inconstans

Inconstans regit hanc fortuna uolubilis, errans.

Nec nisi per gyros, & uada cœca trahit.

Navigat hinc felix aliis, sorte alter iniqua,

Cuiq; tamen puluis, tumbaq; portus erit.

De principe bono & malo.

T. Mor.

Quid bonus est princeps canis est custos gregis in/
Qui fugat ore lupos. quid malus ipse lupus. (de

Ad magna præmia magno la-
bore uenitur. Ver.

Non nisi per magnos ad præmia magna labores
I tur, at ignavis nulla corona datur.

Puer singendus ab optimo
artifice. Faust.

Cereus est docto singendus pollice uultus,
Ora Prometheum pulchra uenustat opus.

Pax. Faust.

Securus placida mundus sub pace quiescit.
Tranquillum est summi pax opus alma Dei.

Pont. Max. Faust.

Preficitur pastor baculo munitus adunco,
Vt uigili errantes lumine seruet oves.

Pecuniæ seruire. Big.

Si cuiquam imponit congesta pecunia leges,
Mancipium hoc nullum turpius esse potest.

Paupertas summa. Big.

OMNIBUS VRSE TIBI LOCUPLETIOR ESSE VIDERIS,
PAUPERTATIS APEX SUMMUS Avaritia.

Pueri instruendi. Pict.

FORMATUR TENERA IN UARIAS ARGILLA FIGURAS,
CERAQ; TRACTANTI MOLLIFICATA MANU.

NON SECUS INGENIJS LICET IMPRESSISSE TENELLIS
MORES SIVE BONOS, CRETICE SIVE MALOS.

ERGO TUUS PUER AD RECTI ERUDIATUR AMOREM,
EST OMNI ADMONITUS DURIOR ARE SENEX.

Punitio. Pict.

DIRA PER ITALIAM BACCHANTUR BELLA, PUTAS NE
HÆC FIERI MINIME PROSPICIENTE DEO?

ANON QUERERIS NIMIS HUNC ACRI SCEUIRE FLAGELLO?
HEC CU MIHI QUAM TIMEO NE GRAUIORA PARET.

Crimina quo crescant hominū magis, hoc magis ipsū
CRESCERE SUPPLICIUM BARTHOLOMÆ DECET.

NULLA ASTRORŪ UI PECCATA PROCEDERE,
AD MANLIUM. Big.

CAUSARIS, QUOTIES PECCAS, UIM SIDERIS AC SI
IN UITIUM COGI LIBERA CORDA QUCANT.

ERGO DEUS DEDIT INCASSUM PRÆCEPTA, NEC ESSE
IN NOSTRA UOLUIT UITAM OBITUMQ; MANU.

QUISQUAM ERGO IMMERITO ÆTERNA DEPLORAT IN UMBRA
PERPETUO UE FRUENS LUMINE SEMPER OUT.

MASCULA GALLORUM PUBES CEU FEMINA QUONDAM
CONCESSI ASSUERAT NUBERE MORE THORI.

Nunc quantum id uitij gens illa perhorreat, omnis

Nquit ab eo limite ad occiduum.

Astra ne nunc astris illic diuersa uetus sis.

In fluxu sceptrum candidiore tenent?

Nonne ptuas, multi puncto nascantur eodem,

Quo soboles ortum mascula regis habet?

Hec tamen imperio tantum succedit & illi

Semper habent misero subdita colla iugo.

Pugna quot, aut fluctus, seu flama quot abstulit una,

Hos ne satos uno fidere crediderim?

Non astrum causa est sceleris, sed sola uoluntas,

Hinc probitas Manli prodit & improbitas.

Patientia. Pict.

EN quo peruentum est, multi emendare tonantem

Malunt, quam uitam corripuisse suam.

Quod tonat, incusant: quod fulminat, indignantur:

Quodq; pluit, ningit, grandinat: ore fremunt.

Bacchatur sacer ignis, ager sitit, impia Mauors.

Bella mouet, seges est rara, pati nequeunt.

Tu mentem secus institue, & sine murmure cuncte

Accipe, & iniuste crede nihil fieri.

Quodq; alijs damno est, tibi fac patientia uertat

In lucrum humanis dulcius illecebris.

De paupertate, ad Candi- dum. Big.

Magna licet tibi sint patrimonia, nil tamē aequae ac

Sordidulam metuis Candide pauperiem.

N unquid habet tantum illa mali, tā flebile quicquam
 D ebeat ut fortē sollicitare uirum?
 F orsitan à caris ne d:stituaris amicis.
 I nde times, crebro quod cecidisse solet.
 H oc primum bene de nobis operosā meretur
 P auertas, blandos detegit illi dolos.
 N ec falsocepta fouet, neq; pascit amicos
 P aueribus nunquam subdolus hæret amor.
 B ellisonos pauper lituos interitus audit,
 N ec querit, capta quid ferat urbe foras.
 P rospicit incolui fugiens tantummodo uitæ
 C um nullo desit panis et uanda loco.
 S cit uitium exiguo constare, nec esse necesse,
 P ossideat magnas, ut bene uiuat opes.
 S cit, mala uota suæ quis merserit æquore gaza,
 P osset ut ingenio liberiore frui.
 S citq; quis ad solem contentus uase rotato
 M uiera pellei, spreuerit ampla ducis
 E xcolat ut mentem quisquam, non obstat egestas,
 Gaza sed ampla nimis sepe nocere solet.
 S i magis esse putas animū, quām corpus amandum,
 V iuere te censu pauperiore doce.
 Q uod satis est uitæ retine, prestetur egenis,
 Q uod superest, uitæ sat toga, panis, aqua est.
 Q uod si fortunis amor est seruare paternus,
 D esine diuitijs saltem inhibere nouis,
 N emo potest animo pariter lucroq; uacare,

Accipiter

Accipiter geminas non bene captat aves.

Altera diffugiet, siue utraq; sepe, sequensq;

Sæpe duos lepores perdit uerumq; canis.

Si te opibus satiare prius fortasse requiras,

E xplebis tantam quo precor amne sitim?

E rue Pastoli totis fulgentis arenis.

E t Tagus ac Hermus congere quicquid habent,

S terne domum argento, tegat aurea lamina muros,

O mnis ab Eo sit tuus orbe lapis.

N ec ualeas numerare pecus, nec pendere nummos,

P lus cupere inde tamen disset auara fames.

Q uid natura satis credit, nec opinio, quære

H ac etenim immensum postulat, illa parum.

N unquam diues eris fallentia uota secutus,

E rranti nullus terminus esse potest.

H orridulum cape mantellum, stratumq; parumper

V tere gramineo, rusticuloq; cibo.

P aueriem ne adeo dehinc duxeris esse timendam?

Q uid: si plus locuples anxietatis habet?

A n facile est multos & edaces pascere uentres?

H is soccos? illis suppeditare togas?

A rmentisq; luem? sceptroq; timere ruinam?

A ut nimios æstus luxuriem ue satis?

A rebus saltem interdum secede caducis,

E t tandem æternis disce uacare bonis.

T emiere si nequeas census, interritus illos

P osside, & his animum posse carere doce.

Quic

Quies. Jo.

Dulce bonum superis uera est & amica uoluptas.
Ingenij formes, semper amanda quies.

Rapaces. Pict.

Inferno locuples flagrans camino.
Gutta suppliciter rogat pusilla.
Linguam Flacce suam refrigerari
Quod de diuitijs suis egenti
Nunquam dicitur erogasse quicquam,
Si quisquis dare de suo recusat:
Sic affligitur igneo sub orco,
Quid nam supplicij putas rependi
Illi, qui bona prodigunt uorantq;
Pupilli aut uidue manu rapacie

Regem nō Satellitium, sed uirtus
reddit tutum. T. M.

Non timor inuisus, non alta palatia regem,
Non compilata plebe tuentur opes.
Non rigidus uili mercabilis ære satelles
Qui sic alterius fiet ut huius erat.
Tutus erit populum, qui sic regit, utiliorem
Vt populus nullum censeat esse sibi.

Negligendos uulgi rumores.,
e Græco. T. Mori.

Tv te ipsum oblectes, & mulgi uerba loquacis,
Speme, bene hic de te dicet, & ille male.

Quis

Quis optimus Reipub. status
T. Mor.

- Q**ueris uter melius, Rex ne imperet, an ue senatus.
Ne uter (quod sepe est) si sit uterq; malus.
Sin sit uterq; bonus, numero præstare scnatum,
Inq; bonis multis plus reor esse boni.
Difficile est numerum forsan reperire bonorum,
Sic facile est unum sepius esse malum.
Et fuerit medius sepe inter utrumq; senatus.
Sed tibi uix unquam Rex mediocris erit,
Consilioq; malus regitur meliore senator.
Rex consultores sed regit ipse suos.
Alter ut eligitur populo, sic nascitur alter.
Sors hic cæca regit, certum ibi consilium.
Illæq; se factum populo, populum sibi factum.
Scilicet hic ut sint quos regat ipse putat.
Rex est in primo semper blandissimus anno.
Omni anno consul rex erit ergo nouus.
Rex cupidus longo populum corroserit æuo.
Si consul malus est, fæs melioris adest.
Nec me nota mouet quæ pastam fabula muscam
Ferre iubet, subeat ne male prænsa locum.
Fallitur expleri regem qui credit auarum
Nunquam hoc non uacuum mittet hirudo cutem.
Ad patrum consulta grauis dissensio turbat.
Regi dissentit nemo, malum hoc grauius.
Nam quum de magnis uaria est sententia rebus

Quæstio

Quæstio sed tamen hæc nascitur unde tibi?
 Est ne usquam populus, cui regem sive senatum
 Praficere arbitrio tu potes ipse tuo?
 Si potes hoc, regnas nec iam cui, consule, tradas
 Imperium prior est quæstio, an expedit.

Somnus. Faust.

Viam uigil ignauo demis solertia somno,
QA dditur hæc uita longior hora tua.
 De senectutis malo.

DOlia si fundum gustu tentaris aescunt
 Protinus ut dulci sunt uacuata mero.
 Et spatijs exhausta suis amosa senectus
 Iam præter faciem nil habet & cholera.

De senij incommoditatibus.

PAuper eram iuuenis, natu modo grandis abundo
 Hei, quia sum è cunctis solus utroq; miser
 Cum mihi nulla foret poteram feliciter uti,
 Nunc ubi res large suppetit, usus abest.

Sermo citra factum. Corna.

SErmo omnis uanus citra factum, adsit ubi istud
 Ipsum sermonem quisq; putabit opus,

Senecta. Faust.

PRudentem exhausto mentem pro robore defert,
 Matura & longa cocta senecta die.

Superbia. Faust

TVrgida uentosos imitata superbia folles,
 Pascitur aërio corpus inane noto.

Scortum

Scortum. Faust.

Non scortū est aliud, nisi blanda & subdola syren.
Quæ trahit humanum sub uada cœca genus.

Idem. Faust.

Ad uiuam scortum sugens ut hirudo medullam,
In Paphiam exhaust pectora prona deam.

De somno, è Græco.

T. Mor.

Ferme dimidium uitæ dormitur in illo
A equales spatio diues, inopsq; iacent,
Ergo Crœse tibi regum ditissime, uitæ
Ferme dimidio par erat irus egens,

Summissio ad Leonel. Pict.

Tam monstrosa tuo sub corde superbia regnat,
Vt rerum dominum te Leonelle putas,
Dumq; tibi tumidas imponit uertice cristas,
P aulatim ignarum sub flyga precipitat.
Ab tandem conare tibi uilescere, nanq;
Carus eris Christo, si tibi uilis eris.

Ad sacerdotes. Pict.

IMo pectore cogitate fratres
V estra Paulus ait uocationem
Respondete mihi rogo parumper
V os, qui in uertice crinibus coronam,
A brasis geritis, licet ne poni
V obis ferula quæ grauant ferentes?
N unquid pectibus comas eburnis

In multos decet anulos reuoluit
 A uratoq; latus dolone cingi?
 A duroq; manus gelu uel æstu.
 Defendi niuea leuiq; circum
 D ucto pellicula nigro corymbo?
 Et telas Phrygio decore pictas.
 Ferri uestibus hinc & hinc apertis
 A collo ad medium amplius ue pectus
 A ut zonas quibus excitentur ad uos
 Spectandos pueri & senes? quis ædes
 (Proh crimen)ueniam sacras emendi
 V endendiq; dedit? Timete magnum
 V ltorem scelerum, nec hunc reflecti
 V otis fiditc, cum nimis nimisq;
 M ensuram uitij uidet repletam.

Exhortatio ad sacras literas. Car-
mine Asclepiadeo. Big.

T Andem nescio quid luminis intuor.
 T andem corda prius nubila semitam
 I llam prospiciunt, qua super æthera
 H inc non ancipiti tenditur orbita.
 O lumen nitido clarius hespero,
 E t solis radijs hoc rutilantius,
 Q uo stellis etiam dignius omnibus
 N on extinguibile lampade fulguras,
 V t tete penitus, quam potes, inseras
 N ostris pectoribus deprecor ô nitor

Illustrans

Illustrans homines, quotquot in æquora

Huius perueniunt turbida seculi.

Tu nos per trepidum non uelis ambitum,

Non per sollicitum scepta cupidinem

Gestandi, ô hominum uota miserrima,

Hic implere sitim diuitijs hiat,

Cum norit tamen hanc posse uoraginem,

Nec Cyri solio, nec diaademate

Xerxis, non opibus diuitis Indiæ

Expleri, nec agro fertilis Aphricæ.

Alter magnificis instat honoribus,

Cras cum possit eum prodere ciuitas,

Quem summis hodie laudibus afficit.

Nunquid (quo nihil est nec pretiosius

Nec uenale minus) temporis abstulit

Sat fabella mihi garrula Pegasi?

Nunquid Cæsar adhuc, ut tua cognita

Essent gesta mihi, sat studij miser

Consumpsisse & satis hoc nunquid adhuc freto

Vexauere meam flamina cymbulam?

Non saltem dabitur totus ut aridus

In portu moriar? iam trieterida

Exegi undecimam forsitan & amplius,

Ei nullum video curriculi mei

Fructum, tota mihi spes fuit haclenus

In uirtute mea, cum foret hæc nihil

Praeter stultitiam, quod sine maximo

Virtus nulla deo est, o mea cœcitas

Exclamat sapiens, omnia uanitas

Sunt quecunq; iacent sole sub aureo.

Iam somnum & tenebras excute, & incipe

Quæ sola una salus solaq; ueritas,

A mplecti uigili pectore paginam,

Quæ nos ex misero carcere, ad inclytam

A eternis patriam cantibus euehit.

Sacræ scripturæ nō uacasse dolet,
ad Franciscum. Big.

Contremit os, crepitant dentes, & more micantis

Luciferi rutilant oculi, uultumq; uicissim

E t rubor & pallor uariant: & corde tumenti

I rascor mihi met, qui captus mente reformat

I n melius nunquam uitam, multosq; per amos

I n præceps patiar ferri, poenaq; nocentum

M e nihil ad superos reuocent, iaceamq; sepultus

V iuis, & erectos mihi quos ad sydera uultus

R erum opifex dederit, peccatum uelut una dcorsum

V sq; geram, fixaq; solo mens fronte supernæ

C ogitet haud quicquam patriæ, que lumine cassum

S ola potest hominem uita donare perenni.

H ei mihi (pace tua quod dixero) poenitent æuum

C onsumpsisse meum, tibi dum placuisse labore,

A rteq; pieria studio pro uiribus aures

O blestare tuas, potuisse mente capaci

D ifscere Christicole uerissima parula gentis.

Testamenta

Testamenta Dei, reliquosq; euoluere libros,
 Quos habet in pretio Romana ecclesia, quiq;
 A strigeri pandunt mortalibus atria celi.
 A misi urides amos, pariter ne senectam
 A mittam? ueteresq; uias sequare? & mea nunquam
 I nicipiam uentis subducere uel malignis?
 I am satis erratum est, sat me cirrhae fefellit
 G loria, nunc nitida mea cingi tempora lauru
 N ec uolo, nec cupio, nomenq; recuso poëta,
 D auemiam tu, qui celsa de sede potentes
 D eijcis, & ditas inopes, semperq; quietus
 P lurima perpetuo peragis, mora nulla repulsam
 A bs te perpetitur, posthac ex fructibus arbor
 F ac tua dignoscari, nec auara libido, nec ætas
 M e damnet rugosa senem permittit salacem,
 D iuinæ sum testa rotæ, miserere, tuumq;
 V ndiq; rimosum gipso uas stringe fideli,
 P orridge iam ramum fessæ errantiq; columba,
 N ec cadat inuenta nulla statione sub undas
 N il aliud nisi diluuium est hæc uita procellis
 P erpetuis plenum, reboant fora litibus, hostes
 E xcultos predantur agros, stygijq; latrones
 O bscdere uias, manet hac in parte simitas,
 F ronte aliud referens, aliud sub corde uolutans
 E t propriæ tribuens nimis indulgentia uitæ.
 P arte alia uictrix, sacrarum audacia Legum,
 E t metus effusi grassatur sanguinis autor.

Hic latitat socijs hærens discordia sceptris.
E brietasq; ignara sui lataleq; virus
M ollicies, luxuq; fluens iactantia, & illic
A mbitio subtile malum, mœrensq; secundis
I nuidia, & cæcis comitata furoribus ira
E t scelerum radix, latet ignorantia ueri,
Q uis poterit tam multiplices euadere pestes?
Q uis nisi cui sentes illuxeris inter opacos,
E t certum monstraris iter, tua pagina cantat
Q ui sitit, ad fontem ueniat, sitis arida fauces
O cclusit iam penè meas, mihi copia detur
I n coelum salientis aquæ, ueterumq; uiarum
E brius æthereo nequeam meminisse liquore.
T u quoq; ut hos sitias latices Francise, cohortor,
S piritus assumptis aquilæ tuus æthera pennis,
I am petat affectu terræ post terga relicto.
N ec licet à teneris quisquam male uixerit annis
D efcisse decet, neq; desperasse salutem.
N am si poeniteat scelerum, & meliora sequatur
I n rectam poterit uelo euafisse reflexo,
S icut enim male uiuentem nil adiuuat ipsa
E xactæ probitas uite, nam cuncta repente
N oxa superueniens merita obruit haud ita, si quis
F acta profanatae correxerit impia uitæ,
O fficit, huic labes antiquior, omnia nanq;
I utitiae subito accessu cœnosa lauantur.
N cu desyderio percas deceptus honorum,

illeces

I llecebrisq; elusus opum, meditare beatos
 D ici inopes, tumidaq; nihil ceruice gerentes,
 P erq; foramen acus posse aptius ire camelos,
 Q uam gaza suffulti homines coelestia regna
 C onscendisse queant, uix pastus Lazarus olim
 D iuitis è nicias epulas nunc inter opimas
 A eternum exultat, sitiens rogat ille parumper
 D iues aqua refici, quam detestabile diræ
 C rimen avaritiae est, nec enim dum uiuit avarus
 A ere frui paro ualent, & post funera semper
 E surit, indomitacq; siti tabescit, & ardet
 I nconsumptus, egens opis, & solaminis expers,
 S ed bene tecum agitur, quod eo satus esse uideris
 I ngenio iuuenium fortunatissime princeps,
 V t licet eximios fucris sortitus honores,
 F ortunasq; tibi pater accumulauerit amplas,
 P ulchrius esse tamen credas non ire leuata
 F ronte, nec indignis plebem traducere ronchis,
 T eq; putas magis (& merito) uirtutibus esse
 O rnandum quam diuitijs, opulentia nanq;
 I mmortale nihil parit, & leuis occidit instar
 F ulguris: at uirtus, ut in omnia sæcula uiuas
 E fficit, & nullam timeas à peste rapinam.
 H æc est, quam dominus (licet arcta sit) esse profatur
 A d uitam Francise uiam, quam raro frequentat
 T urba, quod insolito uirtutum calle uidetur
 A spera nimis, gaudé ô iuuenis, qui mollibus annis

Cœperis hoc robustus iter, clausisq; labores

A uribus enerues Sirenum euadere cantus.

T e nec enim iuuat in blandis torpescere plumis,

N ec iuuenum de more leues agitare choreas,

N ec nutrire comas humeros in utrosq; fluentes,

A etatis nec flore tumes, quem flamine noris

P osse uel exiguo languescere, qualis in agro

F los cadit ex facili foeni, perge optime perge

M alte animo iuuenis, tantoq; ardentius insta,

E stadio restat quanto minus uterq; totis

V iribus, inq; dies stimulis grauioribus urge

Quadrupedem, nulli uictoria præmia dantur.

N i prius ad iussæ peruererit ultima metæ.

S apientia melior diuinitijs. Sleid.

N i quis ab immodicis animum subduxerit omnem.

C uris, iam uitæ gratus abibit honos.

Q uod satis est, cupio, mihi porrò displicet auri

S æuus amor, mentem lædere nanq; solet.

D iuitijsq; fere(nimium peccator utrinq;)

P auperies, uita morsq; petenda magis.

P ropterea, quocunq; demum fortuna uocarit,

C onsilio prudens res moderare tuas.

Cornarius.

V iuere cui gratum credas, curas nisi si quis

C arnitie que implet tempora proieciat.

S int mihi diuitiæ quantum satis, & nihil auri,

Q uod cupidum furijs impleat inde animum.

Ergo

Ergo homini semper longe meliora putabis

Diuinitus, uita & pauperiem atq; necem.

Quod si cognoscis, cordis uada rite gubernans,

Vnica que tandem liberet est sophia.

Sacra pagina. Pict.

Valiter esuriens in campo querit eodem.

Semen auis, stramen bos, leporemq; canis,

Ingeniis ita diuersis diuersa ministrat.

Pabula siderei pagina sacra patris.

Lac capit hic infans, panem robustior etas,

Nec caret optato curua senecta cibo,

Et tamen huic pauci inuigilant, quia pleraq; turba

Aures, non animum consuluisse solet.

Scandalum. Big.

Valiter multi factio aut dicto imprudente ferantur

In præceps, causam somite presto meo.

Secretum. Pict.

Verborum quedam est dulcedo Thcophile, quedam

Serpit, & arcanas res facit, ut retegas,

Talis & ebrietas, & amoris cœca libido est.

Hæc tria, secretus si cupis esse, fuge.

Namq; aliter quodcumq; uoles latuisse, patebit,

Atq; breui grandis tempore rumor erit.

Quippe quid audierit quisquam, non posse uidetur

Nescio quo fato conticuisse diu.

Sensus. Pict.

Presentis durare parum solatia uitæ,
Aeternumq; sequi supplicium recole,
Sic poteris facile audaces pessundare sensus,
Sensus humane prelia quina anime.

Simultas. Big.

BLanda furis uideor, saeuas intrinsecus iras
Oculo, & arcana spicula iacto manu.

Sobrietatis laus.

ET uentrē, et quæ explent, odit deus omnia, uentrē,
H orum etenim causa sobrietas perijt.

Sollicitam esse tyranni uitam,
T. Mor.

MAgna diem magnis exhaustit cura tyrannis,
N octe uenit requies, si tamen ulla uenit,
N ec tamen hi pluma requiescent mollius ulla,
In dura pauper quam requiescit humo.

Ergo tyranne tibi hæc pars felicissima uita est,
In qua mendico par tamen esse uelis.

De somno æquante pauperem
cum diuite. T. Mor.

SOmne quies uitæ spes & solamen egenis,
D iuitibus noctu quos facis esse pares.

T ristia demulcens lethæo pectora rore,
E xcutis & sensum totius inde mali.

L atta benignus opes inopi per somnia mittis.

Quid

Quid falsas rides diues opes inopis?
Diuinitibus uere curas, tormenta, dolores,
Pauperibus false gaudia uera ferunt.

Sontes non effugere suppli-
cium. Vrs.

Ponē ruinosas homicida quieuerat ædes
Cui iuis, tacita nocte, Serapis ait
Prescius, hinc o qui stertis te protinus aufer,
Atq; alio cubitum progrediare miser,
Euigilans homicida abiit, pariesq; ruinam
Lapsus humi uasta mole repente dedit,
Sospita dehinc fecit dijs sacra nepharius orto
 Sole, ratus letum cædibus esse Deum.
Cui Deus in somnis iterum uentura ferebat,
Men' fontes scelerum perdite amare putas?
 Quippe quod auerti facilis discrimina leti
 Hinc te seruandum noueris esse cruci.

Spes. Pict.

In prece dicebam sequere & confide, Tonantis
Mutari in placidum cogitur inde furor.
Ecce datum in patriam est gnatisq; tibiq; reuerti,
Ac honor & raptæ restituuntur opes,
Te q; tuosq; simul sanies furibunda reliquit,
 Quiq; hostis fuerat sanguinolentus, amat.
Pressus ab exemplo discat durare, secundat
 Cuncta, ubi spes stabili supplicat ore, Deus.

Studio insistendum. Pict.

Quo fugis: horrēdi qd habet scholaenunqd aceruos
Mens tua librorum forsitan extimuit?
Nunquam clarus erit miles, formidinc quisquis
Cedendi, subito dat sua terga fuga.
Pugna opus est, si quis uult uincere, arare necesse est
 Ut multo reddat fœnore semen ager.
Flecte pedem, studioq; uaca nam plura legenti
Plus dilatatur iugiter ingenium.

Cito succurrendum. Pict.

Factum Bige puta dicis mihi s̄epe, quid oro
 Ex uerbis factum uis rear esse tuis?
An pelagus: terræ ue globum: cœlum ue: putamus
 Facta, quod hæc certo lumine conspicimus.
Vt mihi reddatur sublata pecunia, factum
 Nunquam crediderim, redditu ni fuerit
Luca rumpe moras, quæcunq; negotia fuit
 Serius, inuita mente uidentur agi.

Cōtra superbiā medicamē. Mor.
Heus homo si memor es, quid te dum gigneret, egit
 Tum pater, ex animo iam tumor ille cadet.
At Plato te fastu dum somniat, inflat inani,
 A eternumq; uocat semen & aethereum.
Factus es eccc luto, quid suspicis alta? sed istud
 Plasmate qui te ornat, nobiliore feret.
Quin si uera uoles audire, libidine foeda
 Natus ē coitu, guttula & ē misera.

superbus

Superbus. Pict.

PAule uides illum qui tanto incedit honore?
Quelibet angusta est quo spatiante uia?
Qui tunica latos hinc inde fluente lacertos
Librat: & ut dicant rex bone gestit aue?
Mentior, & ferula cædi uolo, si quis ab illo
Quesierit quid sit, dixerit esse hominem.

Suspicioſus. Pict.

Nil famulo credis, nil fratribus, atq; parenti,
Nil audes thalami credere consociæ.
Quid facis infelix? multi docuere fidelem
Fallere, dum falli Cæciliæ timent.

Tacere. Morus.

Rebus in humanis magna est doctrina tacere,
Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.
Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,
Magnum hoc ad requiem pharmacon inueniens.

Incerti interpretis.

Non mediocre bonum seruata silentia præbent,
Huius pythagoras non leuis autor erat.
Qui fari callens, alios reticere docebat,
Inueniens monitis corda quieta suis.

Tace. Pict.

Tandem Pamphile prædicare cessa
Quod fixum est tibi facilitare cordi.
Ridendi datur hinc tui facultas,
Si fecisse nequis quod es locutus.

Tempus

Tempus. Pict.

Dum longum tibi polliceris æuum,
Differs præcipitem referre gressum,
Nec tandem in foueam ruas, memento
Solum temporibus deum iubere.

Tempus. Pict.

Quo te cunq; die nil sancti egisse uidebis.
Hunc tibi Laurenti deperisse puta.
Ista nec in minimis ponas disspendia dannis.
Aere potest nullo uel breue tempus emi

Timidus. Pict.

Audaces damas, audaces dicere ceruos
Iam potes, his minor est quām tibi quippe metus
Nulla ubi formido est, semper trepidare pusilli est,
Pectoris, & facile est hinc ruere in barathrum
Solerti primum fortiq; deinde necesse est
Vti animo, ne quis decidat in facinus
Ne ueniat caueas rcrum confusio, sed cum
Venerit, aduersum fer patienter onus.

Parum tutā esse tyrannidē. Duch.

DAmocles Dionysio tyranno
Affsentans nimis impudenter, illum
In primis uocitauerat beatum,
Quod mensis studiosius paratis,
Aformidine liber, ueteretur.
Is contrā timido sciens tyranno
Obuersantia perpetim pericla,

In lautis epulis male aestimantem
 Damoclem statuit, piloq; latum
 Ensem prætenui, parumq; fido
 Suspendit, miseri prope imminentem
 Ceruici, ut male sobrium doceret
 Haud quicquam in trifido orbe cogitari
 Securum minus, atq; sint tyranni,
 Quos multæ species periculorum
 Vexent assidue, auxiosq; reddant.

Quid inter Tyrannum & Prin-
cipem. T. Mori

Legitimus immanissimus
 Rex hoc tyrannis interest
 Seruos, tyranus quos regit
 Rex liberos putat suos.

Tyrannum in somno nihil differ-
re à plebeio. T. Mori.

Erigit ergo tuas insane superbia cristas,
 Quod flexo curuat se tibi turba genu.
 Quod populus nudo surgat tibi uertice, quod sit.
 Multorum in manibus uitaq; morsq; tuis.
 At somnus quoties artus adstringit inertes,
 Hæc tua iam toties gloria dic ubi sit?
 Tunc ignaue iaces trunco non impar inani.
 Aut paulò functis ante cadaueribus
 Quod nisi conclusus timide intra teclla lateres,
 In cuiusq; foret iam tua uita manu.

Vanitas. Pict.

Quicquid & Euphrates emittit & Indus odorum,
Id totum, atq; etiam plus, tua uestis olet.
Væ tibi cum nunquam succurrat Iisia menti,
Quam grauis in busti carcere factor eris.

Vendere sua. Pict.

Nunc sylvas, nunc prædiolum, nunc pascua uenidis.
Qua precor id causa consilio ue facis?
Laudarem si pauperibus succurrere uelles,
Et nudus nudum Marce sequi dominum:
Sin minus id tandem reminiscere tutius esse
Ferre famem, uendi quam sua rura pati.

Venter quomodo domādus. Sleid.

Quanquæ uentris erat gurges nimū usq; molestus,
Hunc mihi subieci sobrietate tamen,
Quumq; sit inferior uenter ratione magistra,
Nonne queat facili uincier ille manu?

Haud esse post uictoriam sœui/
endum. Faust.

Bellica quæsto frenanda est ira triumpho.
Haud seuit domito nobilis hoste manus.

Victoria animi. Io.

Quod si magnificæ deerunt tibi munera fame
Uincere disce animum, tu quoq; magnus eris.
Suos uincere turpe est. Big.

Arma moues contra consanguinitate propinquos,
Galle tibi, foeda est uincere fama suos.

vinum

Vinum. Faust.

IMmodicus ludit, ceu dira cicuta, Lyæus,
Non facit ad longam crapula multa diem.

Vinum. Volat.

Dulce merum Musis equus est in carmine uelox
Si quis aquam potes nil bene parturies
Lusci.

Prebet equum docto uinum, gratoq; poëte,
Frigebit carmen mox ubi potat aquam.

Laudat uini usus moderatus. Vrs.

Svmere nec nimium, Bacchi ualet optimus usus
Nec minimum, hinc mœror, prouenit inde furor.

Quartus & ipse tribus nymphis miscerier optat.

Tunc quoq; sic lecto conuenit ille magis,
S in nimius spiret, placidos auertit amores

Mergit & hunc lato proximus ipse sopor.

Virginitas. Big.

Angelicam in fragili uis corpore degere uitam?
Si castus, res est ardua: maior honos.

Ad uirginem. Big.

Thesaurum cum uirgo tuum fas fictile seruet.
Vt caueas que sunt noxia, tutu time.

Exercenda uirtus. Pict.

Quomodo scintillam flanti se adiuueris ore,
Continuo magnas elicis inde faces.

In sita sic animis uirtutum semina cum quis.
Excitat ubertim luxuriare facit

Dum potes haec omni studio cole, saepe morantem.
A gricolam glebas rumpere fallit ager.

H umane formicam imitans iam consule bruma
B rumma hominis uita est ultima Pauli dies.

Paraenesis ad uirtutem ueram.

T. Mor.

H Eu miseris quicquid misero blanditur in orbe,
I lico marcescens ut rosa uerna cadit.

N ec quenquam usq; adeo placidus complectitur ulnis,
S ors, ut non aliqua parte molesta premat.

I mbibe uirtutes, & inania gaudia sperne.
S unt animi comites gaudia uera boni.

Virtus uitium. Pict.

D Esine coelestes tandem incusare meatus,
I nfusa sunt nullis criminis sideribus.

Q uo terrena colis, studium ad coelestia uerte,
A c bene formandis moribus inuigila.

S ic proprij noscet animi, non sideris esse,
S iue hominis uitam degere, siue asini.

A nimus viri probi intrepidus
est. Pict.

N unquam adeo fuerit exi quo fortuna flagello.
Q ui consternata mente repente cadat

T eq; bonos inter numeras, quo iure? quibus ue
L egibus? intrepidum mens bona pectus habet.

M ars ruat in populos, urbes sacer atterat ignis
P allida ie uno, saeuia ore fames.

Vir probus hæc animo constanti sustinet, ut qui
Norit ad æthereas hinc iter esse plagas.

Per uarias clades, per multa pericula, perq;
Mortem ipsam, æternam tendimus ad patriam.

De uita hominū calamitosa. **Vrs.**

Tristius atq; olim, uite Heraclei labores

Vt mage qua miserum nil queat esse, gemas.

Tu quoq; maiori Democrite diffue risu,

Quandoquidem hæc uita est ridiculosa magis,

Ipse autem interea uos cernens differor anceps

Te risu, lachrymis quoq; teq; iuuem.

De miseria humanæ uitæ. **Lus.**

Quem teneas uitæ callem? si iurgia, formas,

Difficilesq; forum seruat, at in domibus

Cure, duris agris labor imminet, undiq; ponto

Terror, opes peregre qui gerit, usq; pauet,

Pauperies grauior, connubia mente quietem

Excutiunt, coelbs heu male solus cris.

Tædia dat proles, genus hac sine concidit, omnis,

Mente caret iuuenis, uiribus inde senex.

Vtrum igitur mavis optandum, uel neq; nasci

Vnquam, uel fato præpropero occidere.

Vita felix & infelix dissimilis.

Lusc.

Vita breuis tota est albis numerata lapillis,

At mala nox aeuo longior uita manet.

z Cornarius.

Cornarius.

VI bene semp agūt, his uita breuiſſima cūcta eſt,
Qui male, nox una his integer annus erit.
 In uita nihil ſtabile. Luf.

Vndebam lachrymas genitus, moribundus idē nūc
Flango, uidens luctu tempora cuncta teri.
Omrale genus, male firmum, triste, miſellum,
 Scu te habeat tellus, ſeu fera parca ferat.

Horæ uitæ bene locandæ. Luf.
Oris perge frui labentibus, en breuis eſtas,
Ex hœdo rigidum perficit una caprum.
 Sleid.

AEstas una potest hœdum mutare tenellum,
 Hircus ut exiftat. gaudia carpe puer.
 In adulatorem. Alc.

Si clam probra feras, benedicis: ſi bene coram
 Dicis, tunc de me triftia uerba refers.

Cornarius.

Si male me tractas absentem, iniuria nulla eſt.
 Si bene præsentem, ſciſ male cuncta facis.
 De miseria humanæ uitæ. Eraf.

Quod nam iter humanæ cupias iuſſtere uitæ?
 Quoquò te uertas, omnia plena malis.
Litigij cauſisq; forum ſtrepit uſq; moleſtiſ.
 Perpetua cruciat ſollicitudo domi.
Enecat aſſiduis rus triſte laboribus, undas
 Et freta ſi ſulces, mille pericla premunt.

Viuenti

V iuenti peregre, si res tibi suppetit ampla.

C uncta miser metues, nec bene tutus ages.

R ursum si uacua pendebunt ære crumene,

V it durum ac miserum est hospitem egere uirum.

C oniugium sequeris, quanta hic te cura sequetur?

D esolatus eris, si sine coniuge eris.

S i tollis sobolem, multo educanda labore est.

N on tolles, orbi lumine uita uacat,

S i iuuenis fueris, uaga & inconsulta iuuenta est,

V iribus effeta est cana senecta suis.

E ergo quid reliquum est queso, nisi saxis ut optes,

A literutrum, aut nunquam trifibis è sinibus

M aterni prodijisse uteri, aut ubi protinus illinc

E xieris, stygias abdier in latebras.

In diuersam sententiā uitæ com-
moditates. Vrs.

O mne iter insistas uite, fora, nomen, & usus

D ant rerum uarios, uita quieta domi est.

G ratia delectat ruris, dant æquora lucrum:

L aus est si peregre diues haberis opum-

S olus egens noris, domus est uxore beata,

C oelebs curarum pondere uita uacat.

P ignora nata iuuant, non sollicitaberis orbis.

R obor inest iuueni: sunt pia uota sci.

A literutrum ne optes igitur, non nascier, aut non

E sse diu, nam sunt cuncta reservata bonis.

SCHOLAE CHRI
De miseria humanæ uitæ.
Vrs.

NAm quod iter uitæ sectabere? plena molestis
Sunt fora litigij, anxia cura domi,
Rure labor, terrent medio discrimina Ponto.
Si peregre es, partis rebus ubiq; times.
Ac rursum tristaris egens, uxorius autem
Angeris, es uita cœlibe, solus eris.
Sollicitant nati, non uiuis, & integer, orbus.
Corde uiuenta caret, robore canities.
AIter utrum idcirco est nobis optabile, nunquam
Aut nasci, aut natos occubuisse citò.

Vita breuis. T. M.

NON tibi uiuacem furor est spondere senectam?
Quum non sit uitæ certa uel hora tuæ.
Finge age Nestorcum sis peruenturus in æum,
Longa tument multis tempora foeta malis.
Omnia ut effugias uiridis quibus angitur ætas,
Tœdia longa tibi curua senecta feret.
Tu tamen ad seros nulli quod contigit amos,
Vt uenias nullo percitus ante malo.
Hoc tamen exiguum est, ubi nunc tot Nestoris anni,
Ex tanto superest tempore nulla dies.

Ad contemptum huius uitæ.

T. Mor.

Nos uelut instabiles uentus quatit omnis aristas,
Quolibet impellant spes, dolor, ira, metus.

Nil

Nil habet in rebus pondus mortalibus ullum,
Momento pudor est si moueare leui.

De sollicita potentum uita.

T. Mor.

SEmper habet miserias immensa potentia curas,
Anxia perpetuis sollicitudinibus,
Non prodit, multis nisi circumseptus ab armis,
Non nisi gustato uescitur ante cibo,
Tutamenta quidem sunt hæc, tamen hæc male tutū
Illum, aliter tutus qui nequit esse, docent
Nempe satellitum, metuendos admonet enses
Toxica prægustans esse timenda docet,
Ergo timore locus quisnam uacat hic: ubi gignunt
Hæc eadem pellunt, que metuenda, metum.

In huius uitæ uanitatem.

T. Mor.

DAmmati ac morituri in terræ claudimur omnes
Carcere, in hoc mortem carcere nemo fugit,
Carceris in multas describitur area partes,
Inq; alijs alij partibus ædificant,
Non aliter quam de regno de carcere certant.
In coeco cupidus carcere condit opes,
Carcere obambulat hic uagus, hic uincitur in antro,
Hic seruit, regit hic, hic canit, ille gemit,
Iam quoq; dum carcer, non tanquā carcer amat,ur,
Hic alijs alij mortibus extrahimur.

Vitam hominis esse nihil.

T. Mor.

Nō s tenuem structis spirantes aëra fibris,
V iuimus & Phœbi lampada conspicimus
Quotquot iuimus hic sumus omnes organa, quæ
V iuificis animat flatibus aura leuis,
Quot tua si tenuem restringat palma uaporem,
E ripiens animam miseris usq; stygem.
Sic sumus ergo nihil, Plutoni pascimur omnes,
E flatu minimo nos leuis aura fouet.

Vita humana cursus ad mortem. Borb.

Fallimur, & cæci mortem procul esse putamus,
Illa tamen medio corpore clausa latet.
Quandoquidem ex illa qua primū nascimur hora,
I uitæ iunctio mors comes atra pede.
Partem aliquam uitæ semper furatur, & ipsam
D iminuit uitam quælibet hora tuam,
E t morimur sensim, & momento extinguiuntur uno.
N on secus ac lampas deficiente oleo.
Mors nihil ut perimat, tamē ipso in tēpore præsto est
Quin nunc, ab miseri, dum loquimur, morimur.
Vita ipsa cursus ad mortem est.

T. Mor.

Nvgamur, mortemq; procul procul esse putamus,
At medijs latet hæc abdita uisceribus.
Siclicet ex illa, qua primum nascimur hora.

Prorcpunt

P rorepunt iuncto uitaq; morsq; pede.
 P artem aliquam furtim qua se metitur & ipsam
 S urripit e uita quaelibet hora tua.
 P aulatim morimur, momento extinguiur uno,
 V t lampas oleo deficiente perit,
 V t nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est.
 Qui nunc interea dum loquimur, morimur.

E græco ὄσληλοψ. Borb.

H anc potius uitam Heraclete hec tempora defle,
 H ec uita est lachrymis quam tua digna magis.
 H anc potius uitam, hæc Democrite tempora ride,
 H ec uita est risu quam tua digna magis.
 V os ego contemplans, dubito qui fiet, ut ambos.
 H unc imiter ridens, hunc imiter lachrymans.

E græco τὸ παλλαδῖον. Borb.

S cena est hæc uita, ac ludus, uel ludere disce
 A bisiens curas, uel tua damna pati.

E græco Λυκιανός. Borb.

Q ui bene agunt, ijs uita quidē breuis omnis: at illis
 Qui male, nox seclis longior una decem.

Nudi nascimur & nudi abi-
 mus. Luf.

C onscendi terram nudus, subiturus eandem
 N udus quid facio: mors quoq; nuda uenit.

Lilius.

I ngredior nudus terram, egredior quoq; nudus.
 Quid frustra studeo, funera nuda uidens?

Nudus ut in terram ueni, sic nudus abibo,
Quid frusta fudo, funera nuda uidens?

Alciatus.

Nudus humo exilij, sub terram nudus abibo,
Ad finem nudum fudo ego cur temere?

Luscinius.

Disce iocos, scena est, ludus quoq; repugnans
Fortune, tristis tristia damna seres.

Lilius.

Si ducunt te fata, feras: dolor additur omni
In uito, & collo non minus illa trahunt.

Barth.

Defle hominū uitam plus quā Heraclite solebas,
In lachrymas totos solue age nunc oculos.

Concute maiori splenem Democrite risu,
Et toto resonans ore cachinnus hiet.

Vita fuit nunquam post condita secula mundi,
Et risu pariter dignior & lachrymis.

De eadem re. Aus.

Quod uitæ sectabor iter? si plena tumultu
Sunt fora, si curis domus anxia, si peregrinos
Cura domos sequitur. mercantem si noua semper
Damina manent. cessare uetus si turpis egestas,
Si uexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat, poenæq; graues in coelibc uita.
Et gravior cautis custodia uana maritis.

Sanguis

Sanguincum si martis opus, si turpia lucra
 Fœnoris, & uelox inopes usura trucidat.
 Omne æuum curæ, cunctis sua displicet etas.
 Sensus abest paruis lactentibus, & puerorum
 Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes
 Afflictat fortuna uiros per bella, per æquor,
 Iras, insidiasq; catenatosq; labores,
 Mutandos semper grauioribus. Ipsa senectus
 Expectata diu, uotisq; optata malignis,
 Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
 Spernumus in commune omnes presentia. Quosdam
 Constat nolle deos fieri. Iuturna reclamat.
 Quo uitam dedit aeternam? Cur mortis adempta
 Conditionis sic cauasea sub rupe Prometheus
 Testatur saturnigenam, nec nomine cessat
 Incusare iouem, data sit quod uita perennis.
 Respice & ad cultus animi. Sic nempe pudicum
 Perdidit Hippolitum non felix cura pudoris,
 At contrà illecebris maculosam ducere uitam
 Quem iuuat, aspice & ad poenas & crimina regum,
 Tereos incœsti, uel mollis Sardanapali
 Perfidiam uitare mouent tria punica bella,
 Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.
 Vnde, & amicitias cole, crimen ob istud,
 Pythagoreorum periit schola docta sophorum.
 Hoc metuens igitur nullas cole, crimen ob istud,
 Timon Palladijs olim lapidatus Athenis.

Diffidet ambiguis semper mens obvia uotis,
 Nec uoluisse homini satis est, optata recusant.
 Esse in honore placet, mox poenitet. Et dominari
 Vt posint, seruire uolunt. Idem auctus honore,
 Inuidae obijcitur. Peruox est cura disertis,
 Sed rudis ornatu uite carct. Esto patronus,
 Et defende reos, sed gratia rara clientis.
 Esto cliens grauis imperij persona patroni.
 Exterrent hunc uota patrum, mox aspera curis
 Solllicitudo subit, comtemnitur orba senectus,
 Et captatoris præda est heredis egenus.
 Vitam parcus agas, audi lacerabere foma.
 Et largitorem grauius censura notabit
 Cuncta tibi aduersis contraria casibus. Ergo,
 Optima Graiorum sententia, quippe homini aient,
 Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.

Vitæ humanæ commoda & in- commoda. Lusc.

Quem lubeat uite callem tene, summa forensis
 Gloria & ingenij questus. At in domibus,
 Certa quies, gratas fruges ager educat, affert
 Lucra, mare, hospitibus, ære paratur honos.
 Pauperiem nolunt soli, uxor rite gubernat
 A edes, ni placat libera uita magis.
 Proles, dulcis amor, minor hac sine cura iuuentia.
 Vires, at canos gloria pulchra manet.
 Optandum est igitur, nec luce earere, nec orbe

Di/

Di uelli, in summis est, quia uita bonis.

De eadem re. Eras.

Quamlibet imò uiam uite ingrediare licebit,

Vndeq; blanditur plurima commoditas.

Concio si placet atq; forum, hinc uberrima famæ

Materia, hinc ingens gloria colligitur.

Hic bene tractandis prudentia callida rebus

Exoritur, rursum uita quieta domi est.

Rura petis, uario illuc oblectamine mentem.

Nature facies pascet amena tuam.

Dulcia prædiues lucra suppeditauerit æquor.

Si peregre uiuis, resq; tibi superest,

Multus honos comitatur, habes nihil, ergo pudoris

Est minus, ipse tibi conscius unus eris.

Vxor ducta tibi est, domus optima proide futura est,

Non ducta est, curis exoneratus ages,

Si tibi dulce patris cognomen, pignora nata

Donant, et quod ames, unde et ameris erit.

Oribus ages, orbi est sine sollicitudine uita,

Qquam patribus sobolis ferre alitura solet.

Vt constant uiridi, roborig; uigorq; iuuentæ,

Commendat pietas sic sua canitiem.

Nil igitur uideo cause cur alterutrum optes.

Aut nasci nunquam, aut interijsse statim.

Quandoquidem humanæ que tandem est portio uite

Non optanda bonis, atq; adamanda suis?

Vitium excoecare animum.
hominiis.

Dicitur nam crepitum digitii afferis esse sonantis
Atq; uoluptati qui uacat, hunc sapere
O uox tartareis emissâ paludibus, ô uox
Qualem nulla trium protulit Eumenidum.
Erue captiuo nigras è pectore labes.
Nil magis excoecat mentem hominiis uitio.

Aliena magis quam nostra uitia
cernimus. Ver.

Cur aliena magis quam crima nostra uidemus?
An quia nostra procul sint aliena prope?
Vitium in honore. Pict.

Miraris nostro decurrere fulmen ab ore,
Me stupeo in tantis uiuere posse malis.
Qui scelerâ ulcisci deberet, peccat aperte,
Hic bona pupilli dissipat, ille negat.
Veneditur ad dominam sententia iudicis hastam,
Verales testes angulus omnis habet.
Deniq; ne longus sim Lazare, mentis habetur
Nunc quicunq; malos non imitatur, hebes.

Vitium. Pict.

Vnde ultra Borcam, calidam transcendit Syensem
Te eq; latebrosis occule Cimmerijs
Quo te cunq; feres, turpis comitabitur usus,
Lassari longa nescius ille mora est.

Si

Si quibus obrueris, mens est explodere pestes,
E st opus esse alium te Line, non alibi.

Breuem esse uoluptatem. Duch.

Gaudia magna quidem, uerum fluxura repente,
Ne moueant sensus interiora pijs.

Exultat toto male prudens uere cicada,
G audiaq; ex blando leta uiore capit.

Sed uiror id perijt, perit ipsa cicada repente,
Ergo uoluptatum gaudia uana fuge.

Quid nobis ex uoluptate. Duch.

Omnis uoluptas hoc habet,

A utor nobis Sacrate,

A pis uolantis in modum,

S uaue ubi mel fuderit,

A culcis tenacibus

D emulsa cord sauciatur.

Vulgii uerba non curanda. Morus.

Tu te ipsum oblectes & vulgi uerba loquacis
S perne, bene hic de te dicet, & ille male.

V xor ob sobolem ducenda.

Faust.

Vxor habenda uenit, non ut saturata libido.
S ed sit in eternos austra propago dies.

V xor dignitatis nomen non uo-

luptatis. Faust.

Nomina seposita ueneranda libidine gestat
Quam iunxit casto copula sancta thoro.

Vxor bona & non pulchra ha-
benda est. Ver.

Sit formosa alijs uxoris, tibi sit bona nescis,
Quam noceat casta forma pudicitie.

De ratione uictus, & quæ diæta díci-
tur seruanda per totum annum,
in cura ualetudinis. Ioach.

Cam.

Si Medici quis forte cupis cum pixide succos,
Et uitare leuis pondera rara trochi,

Haec ratione tibi degantur tempora uite,

Quam mea composito carmine Musa canit.

A Bruma ad uernos augentes tempora soles,

Vt teris calido carnificoq; cibo.

Et iuxta instructum lignis ardentibus ignem

A ccumbens, hilaris dulcia uina bibes.

Hinc usq; ad nitidum comedes benevolentia Maium,

Sed ueniat mensis acrior esca tuis.

Tunc exercebis mediocri membra labore,

Et liquido gelidae flumine nabis aque.

Inde per aestiu flagrantia tempora Phœbi,

Dum grauis arentes Sirius urit agros,

Atq; aestus donec terra conceptus ab ima,

A ethereas sursum desinit ire plagis,

Frigidi ama, & grato tibi commendata sapore,

Tunc & odoriferi sit tibi cura cibi,

Sitq; laborifuge tunc & tibi cura quietis,

Blandiæ

Blandaque respiratione corporis alant.
 Quarantur faciles, & demulcentia sensus,
 In gelida umbrose gaudia parte domus.
 Sola uenus letis aut toto tempore rebus,
 Aut aliena toris sit potiore tuis.
 Sed tempus sequitur quod Idus deinde Nouembres,
 Acria det mensis absq; labore tuis.
 Hinc leni fruere usq; gelatricem dape brumam,
 Osq; tuum Bacchi suavia dona rigent.
 Nec Venere abstineas, neq; formidato labore,
 Hoc enim utrumq; isto tempore quadrat opus.
 Tempora sic igitur tua si distinxeris æui,
 Ad talemq; uoles instituisse modum,
 Ex hac, quod dixi incipiens, cura ante redibit,
 Ne te dispoliet Pharmacopola, bonum.

De ratione uictus salutaris post inci-
 sam uenam, & emissum sangu-
 nem ad Armatū. Epigram
 ma Anastasi.

VEnam Armatæ tibi medici incidere timenti
 Nescio uenturi qualia damna mali.
 Nunquid quo uita modo fuso peragenda cruore,
 Sitq; diæta tibi qualis habenda, rogas.
 Ille morborum dicant Armatæ periti,
 Haec non est nostra falce metenda seges.
 Non nūssum facis, & cupio ex te audire diserti
 Atq; aliquid tua quod Pieris orinet, ait.

Accide

A ccipe quandoquidem nugas ad seria ducis,
Q ue facias, octo uersibus, octo dies.

P rima coena die sit misso sanguine parca,
L ux abeat laetis aucta secunda modis.

T ertia sed placide debetur tota quieti,
Q uarta & quinta sibi mollius esse uolunt.

B alnea sexta petit, mox septima colligit auræ,
F eritq; uagos circum rura nemusq; pedes.
O claua amplexus dilectæ coniugis, & que
A nte fuit, uitam restituissc solet.

V ictus & cultus ratio exposita qua-
ternis in singulos menses uersi-
bus, per Ioach. Cam.

IANVARIUS.

M ensis amat tepido Iani decurrere uictu,
E t refici grato sepc liquore iubet.
V ena tibi nullos exudet secta cruoress,
S ed calida fas est mergere corpus aqua.

FEBRVARIVS.

F Ebruus olus, uolucresq; cibis odere palustres,
E sseq; inertifica febre timenda solent.
P harmaca tunc hauri, tunc scinde in pollice uenam,
E t calido multum flumine membra foue.

MARTIVS.

M artius humores & terræ & corporis auget,
T unc ratio est puri magna tenenda cibi.

Dulcia

S T I A N A E , L I B I I .

378

Dulcia tum prosunt acri condita sopore,
Pharmaca non prosunt, uenam aperire nocet.

A P R I L I S .

Frigore uim lentæ reuocat telluris Aprilis,
Tunc etiam est tenuis perq; forata cutis.
Tunc intus sunt aucta magis, suntq; omnia plena,
Soluere se uenter, uena aperire iubet.

M A I V S .

Omnia iam florent, iam formosissimus annus,
Iamq; sibi cuncti mollius esse uolunt.
Balnea nunc cole, nunc sit pharmaca sumere cura,
Et tibi nunc misso sanguine uena fluat.

I V N I V S .

Vnius & gaudet gelidis, & pascitur herbis.
Viuisco humoris, tunc inimica fuge.
Latilia & recreet tunc mentem blanda uoluptas,
Affigat corpus nec medicina tuum.

I V L I V S , siue Q V I N T I L I S .

Aris ignifluos intendit iulus aestus,
Hoc breuior somno tempore Linda quies.
Balnea uitentur, nec uenam tangere ferro,
Nec dominæ petulans accubuisse uelis.

A V G V S T V S , siue S E X T I L I S .

Pse etiam Augustus somnum restringit & escas,
Et ueneris cupidos gaudia ferre uetat.
Pharmaca nemo bibat, laceret neq; corpora ferro,
Nec gelidas intra delitietur aquas

A September

SEPTEMBER.

Poma dat & gratos September ab arbore fructus,
Tunc etiam presso fascere lacte capra.
Phamiaca nil prohibet tunc sumere, scindere uenam.
Nec tuus exterrimus uult aroma cibus.

OCTOBER.

Octobri offertur uenatio, uina, uolucres
Vtere, nec dubites non tenuisse modum.
Sic tamen ut ne oneres nimio præcordia uictu,
Cumq; modo studeas non tenuisse modum.

NOVEMBER.

Esse salutaris perhibetur mulsa Nouembri,
Gingiber & dulci fuisse melle natans.
Tum neq; sepe laues, Veneris neq; sacra frequenter
Ante senex tempus ne uidcare suum.

DECEMBER.

Ivxta mense focum calidis utare decembri,
Tunc iaceant mensis gramine nulla tuis.
Incidas capitis defensi à frigore uenam,
Cinnamomeoq; tuus fragret odore calix.

Quid fieri

STIANAE, LIB II.

373

Quid fieri singulis mensibus so-
leat. Eiusdem loach.

Camer.

I A N V A R I V S.

Nunc opus indulgere cibo, siccumque; palatum
Lauere liquido bacchico.
Sic ait, inque; latus fumum inter fusus ad ignem,
Se rusticus uino imbuit.

F E B R V A R I V S.

Terram si qua niue est soluta findo,
Nec me nunc quoque arare hyems moratur,
Nunc sentes etiam recido, humique,
Palum figo, domum reporto fascem.

M A R T I V S.

Serotina tibi mando aruum semina, tcque
Multa ut fruge uelis reddere plena rogo.
Eximit ille meus uicinus ab aggere uites,
Iucrit utque optat frigida prae*ter* hyems.

A P R I L I S.

Anus suas nunc merces rustica expedit,
Nunc rustica conficit merces anus,
Et caseum, & cui lac super pingui natat,
Ac quod futurum tempus impensas petet,
Ilis comparat nunc illa prudens numulos.

A 2 Maius

M A I V S.

Maij suavia dona mensis, hæc sunt
Lætis graminibus, uirente fronde,
Vrbis pellere tedium superbe,
Nunc cultis iuuat ambulare in hortis
Flores carpere, ferta sustinere.
Quae si candidula impicit puella,
Maij quam tua tum uenusta dona,
Qquam ueris sit amœnior uoluptas?

I V N I V S.

Tondebamus oves ait illo tempore pastor,
Quod sit, ne sit opus querere, quale uide.

I V L I V S.

Gramen falce meto graui sub æstu,
Quod Phyllis mea dente dissipatum
Furcato, iubet aridum esse fœnum.

A V G U S T V S.

HOrrea frumentis & stramine nuda, choreis
Opueri uobis sepc dedere locum.
Quod nisi iam fuerint per uos iterum illa referta,
Vos hyemis uacuos ocia dura manent.

S E P T E M B E R.

OHe pergit, arator inquit, ohe
Ohe pergit equi, tenetq; stiua.
Ii pergit melius, trahuntq; aratum,
Obseruantq; sui sonos magistri.
Aler sed iacit in solum gradatim

victus

Victus semina separata nostri,
Diuinumq; operi petit fauorem.

O C T O B E R.

A Utunmus uenit, sacrum tibi tempus Iacche,
Insanire, tuum est tempus Iacche, libet
M usta puer phiala mili ser spumantia grandi,
A nno uina tange iunge priore data.
Villica cortis auem, merulam da uillice pinguem.
D esit, habet salso de petasone nihil?
H ic quoq; deest, saltem quecunq; caruncula detur,
O mnia sunt huius temporis apta cibo.

N O V E M B E R.

N E uos parcite fustibus, maniplis,
Qui grana excutitis manu ualente.
N ec leui hoc dolet areæ, nec illis,
Si panis iuuat, est labor ferendus.

D E C E M B E R.

N Il faciendum operis nunc est, sed rusticus ignem
Nutrit, & ad duras net tegmina manus,
E t duplicat tritum peronem estate priore,
De fuso coniux linea fila trahit.

De quodam monacho. Ebn.

M Entio cum fieret, fortuna ut sepe modestum
Efferat, & faciat dissimilem esse sui,
E t cedant mores rebus pleruq; secundis.
Audiui à doctis hunc ego sepe iocum.
Ignotis iuuenem quendam natalibus ortum

Ut monachis mos est uota dedisse deo.
 Hunc submittentem tristi sua lumina uultu
 Non unquam lata fronte fuisse ferunt.
 Et quocunq; iret facie fudisse, modesta
 Sacras fricata religione preces.
 Cumq; foret propter iam morum exempla bonoru
 Abbas electus fratribus ille suis,
 Tum nimium rebus sublata mente secundis
 Mutauit mores protinus ille suos.
 Et uultu incedens erecto, prodita tandem
 N equitia est Monachi dissimulata pij.
 Cumq; rogaretur, que mentis causa nouat:
 Talem commemorant mox retulisse iocum:
 Frons demissa domus curabat querere claves,
 Lumina cum crebro fixa teneret humi.
 At cum nunc habeat, se leto incedere uultu,
 Querere iam partas nil opus esse sibi.

Cur serpentes pelle exuant, atq; ho
 mines senescant. Fabula Georg.

Iuppiter imperium quo tempore coepit olympi,
 Et superis primum regia iura dedit.
 Sacra nouo domino terrestris turba parauit,
 At tq; dies toto festus in orbe fuit,
 Ceduntur niuei passim de more inuinci
 Incensis redolent thura fabea focis.
 At Deus hac tanta motus pietate, rogarint,

Mortales

Mortales quicquid, iussit id esse ratum.
Conueniunt homines, simul aeternamq; iuuentam
 Lædere quam posset nulla senecta petunt.
Audiit ille preces, tardumq; uocabat asellum,
 Quo senior Bacchi uectus alumnus erat.
Cuius in ignauo pulcherrima munera tergo
 Ad nos mortales ille ferenda dedit.
Quid tibi cum tali turpisima bestia dono?
 Te graue lignorum, dignius esset onus.
Ecce sitim fessus dum colligit inter eundum
 Flectit ad irrigui flumina fontis iter.
Ad quem sic breuiter per cerula colla locutus
 Seruator liquidi gurgitis Hydrus ait.
Fluminis huius erit tibi copia nulla bibendi,
 Ni mihi quid portas munus aselle dabis.
Hec pecus ignavum, coelesti nectare munus
 Nobilis, uili uendit asellus aqua.
Exuitur tenui quare cum pelle uetus.
 Anguis, ast homines ægra senecta premit.
Sed caueat porrò ne quid committat asellis,
 Qui bene curatas res uolet esse suas.
 De quodam coquo. Ebn.
REx quidam multis epulis exceptit amicos,
 Instruxit mensæ magnificasq; dapes.
Cumq; omnes modici transgressi munera Bacchi,
 Implerent dulci libera corda mero.
 Ille iubet munus, procedere quemq; petitum

Id nulli dicit se dare uelle mora.

M unera cumq; omnes à summo rege tulissent.

V ltimus accessit his quoq; forte coquus.

*I lle nihil aliud tantum hoc à rege petebat,
Sese ut in Arcadicum uerteret ille pecus.*

*R ex hominis ridens scurrilia dicta prophani,
M iratusq; leuis rustica uota ioci.*

*E quid habes aliud quod poscas improbe dixit,
An ne hæc in nostra sunt tua uota manu?*

*T um coquus ingentes asinos, rex optime, noui
In summum quos tu uexeris usq; gradum.*

*H umanam quare si possem uertere formam
M agnas sperarem factus asellus opes.*

De medico iocus. Georg.

*Romanus quidam medicus procul ibat Athenas,
Vt Græce Latio disceret ore loqui.*

*P rima nouæ lingue, qui cùm præcepta teneret,
I am rude Grammatices, & superasset opus.*

*M oeonium uatem sibi mox proponit Homerum,
T alia sunt cuius carmina scripta libro.*

*I ram Pelide memoria mibi diua superbi
P estiferam Græcis, que mala multa dedit.*

*E t fortes animas sub tristia tartara misit
H eroum, quos nunc pallidus orcus habet.*

*S cilicet hec medicus cùm primum carmina legit,
E didit insigni dicta faceta ioco.*

S i meruit laudis tantum bellator Achilles,

Hæc

Hæc; sue famæ gloria magna fuit.

Quod stygio multas animas Acheronte subegit,

Pro Danais quando fortiter arma tulit.

M e reor et simili celebrabit Græcia laude,

A rs mea nam quiddam grandius instar habet.

N on quia sic gladijs, rigido nec deniq; ferro

E st unquam cædes ulla peracta mihi.

H erbis simplicibus tantum curator, ad orcum

M ultorum medica corpora mitto manu.

De Momo fabula. Ebn.

F esta dies aderat maiorum ex more Deorum,

V enerat in sacrum cum pia turba locum.

F loribus ornatam tulerat sibi quisq; coronam,

C ingebantq; pias mollia ferta comas.

V ina dabant Bacchus, uinoq; expellere curas

F alluntur uarijs tempora longa iocis.

C umq; animum Leti multo sermone leuarent,

E st quoq; de studijs mentio facta bonis.

A tq; inter superos certamina magna fuerunt,

Quis magis egregium condere posset opus.

D iuum nemo sue uult cedere laudibus artis,

I ngeniumq; cupit quisq; probare suum.

N eptunus ualidum præstanti corpore primus

E ssingit summa sedulitate bouem,

A ttica magnificis immensam turribus arcem,

A c altam magna construit arte domum.

A t Vulcanus, atrox cui seruit turba Cyclopum,

Quiq; hac perpetuo clarus ab arte fuit.
Quin Neptunc tuas pascis sub gurgite phocas,
 Et lanas carpis Attica virgo rudes.
Nos labor ille decet tractent fabrilia fabri
 Dixit, opusq; Dijs attulit ille suum.
Istud ad humanam confixerat ille figuram
 Formam mortalis indueratq; uiri,
Quisq; suum collaudat opus operumq; labores,
Quenq; iuuat longa commemorare mora.
Cedere nemo cupit, studijs certamina crescunt
 A c illis magnæ uincere laudis erat.
Cunq; diu in dubio diuis uictoria staret,
 Fertur ad arbitrium res ibi Mome tuum,
Ille diu in reliquis dum culpat multa figuris
 I llic mulciberis nobile cernit opus.
Omibus hic alijs id præfert. Attamen unum
 Hoc operi uitium dicit inesse suo.
Quod non humano fixisset corde fenestras,
 E t nullas animo fecerit ille uias.
Vt cerni posset falso quid corde lateret,
 Blandaq; ne quenquam ledere lingua quicat,
 Iocus de scurra. Christ.
Scurra fuit quondam dederat cui noctua nomen.
 Nemo in Saxonico notior orbe fuit.
Illum dira fames peregrinas uiuere terras
 Impulit, et turpi querere ab arte cibos.
Forte etiam uenit claram Brunonis ad urbem,

Saxonica

Saxonica quo non pulchrior ulla solo est.

Hic quoq; scurriles incepit fingere ludos,
Et vulgo risus artu mouere sua.

Namq; ubi turba frequēs uelut ad spectacula stabat,
In medio sparrit semina iacta foro:

Hic quid nam taceret cū quidam interrogat, inquit,
Ista malos ciues semina iacta ferent.

Cumq; bonos potius serere hunc quidā iubet, inquit,
Sed non ista potest gignere terra bonos.

Locus de Iulio Pontifice.

Silb.

Vm contra Gallos bellum Papa Iulius esset
Gesturus, sicut fama uetus docet.

Ingentes Martis turmas contraxit, & urbem
Egressus, saevas edidit ore minas.

Irratusq; sacras claves in flumina iecit,
Tibridis hic urbi pons ubi iungit aquas.

Inde manu strictum uagina diripit ensem,
Exclamansq; truci talia uoce refert.

Hic gladius Pauli nos nunc defendet ab hoste,
Quandoquidem clavis nil iuuat ista Petri

Locus eiusdem de. Thalete.

Ardua forte Thales coeli dum sydera lustrat,
In foueam gressu precipitante ruit.

Hunc anus ut quedam delapsum rustica uidit,
Quae uitrio liquidas fonte petebat aquas.

Sic super illudens cum peruenisset ad ipsum

Alloquitur

A lloquitur quatiens uoce tremente caput
 A stra quid inspectas cœli sublimia stulte?
 Nec tibi que profint inferiora uides?
 Dumq; futura studes alijs prædicere fati,
 Cernere que iaceant non potes ante pedes?
 Jocus Cunzen uon der Rosen.

Theod.

FOrte parat Cœsar coniuia Maximilianus,
 Ad que lœta uenit turba uocata ducum.
Hic undam famuli manibus, dant ordine, regum
 Mensisq; instructis accubuere duces.
Deinde epulis onerant mensas, et plena reponunt
 P oculi, que miris sculpta fuere modis.
Postquam epulis domuere famem, et sua corpora leti
 Curarunt, ludos mensa secunda dedit,
Iam media in mensa pingunt longo ordine turrim,
 Et carbone notant atria parua nigro.
Hic spes quisq; suas, hic præmia pacta reponunt,
 Inq; nouum bellum nomina quisq; dabat.
Partem aliquam talis depositit Morio belli.
 Chorrado nomen cui Rosa pulchra dedit.
Post primum incipiunt pictis colludere chartis,
 Nec fortuna diu regibus æqua fuit,
Nam suet illa magis stultis, superare potentes
 Nec fert, exiguos sed iuuat illa uiros.
Ille feret tota restantia præmia turri,
 Depictos reges bis duo si quis habet.

Tres

Tres fortuna de dit Chonrado Heroas habere
 Fortunæ auspicium, protinus arte iuuat.
 Mox itaq; exclamat, nec longo gaudia differt
 Tempore, sed tales reddidit ore sonos,
 Vicitimus, & fortè uocat ad se Maximilianum,
 A mplexumq; tenens, talia uerba refert.
 Ecce tria in chartis regum simulachra uidetis
 Qui vincat quartus Maximilianus erit,
 S tria seu ludos agitat, succumbere nescit,
 Nunquam fortunæ cessit, & iste minis
 Dixerat, inq; suam prædam simul inuolat, atq;
 Innumeros auidas imjicit ille manus

De Vulpे ægrotā & leone

Apologus. Mor.

Dum iacet angusta uulpes ægrotā cauerna,
 Ante fores blando constituit ore leo.
 Ecquid amica uales? cito me lambente ualebis,
 Nescis in lingua nis mibi quanta mea.
 Lingua tibi medica est, uulpes ait, at nocet illud.
 Vicinos quod habet tam bona lingua malos.

De Graculo & Perdice. Borb

Graculus & perdix, Aiacis & Hectoris instar
 Dum pugnant, uulpes spectat utrumq; latens.
 Anceps pugna fuit, rostris atq; unguibus atrox,
 Ceu palmam neutri cedere fata uelint.
 Dum colluctantur, uulpes salit, ac uorat ambos,
 Sic inopinato uictor uterq; fuit,

De rege & rustico Mor.

Rusticus in sylvis nutritus uenit in urbem,
Rusticior Fauno, rusticior Satyro.
En populus plena stetit hinc, stetit inde platea,
Vnaq; uox tota, Rex uenit, urbe fuit.
Rusticus insolita uocis nouitate mouetur,
Quid nam ita respectet turba, uidere cupit,
Rex subito inuictus, celebri pereunte ceteris,
Aureus excelsus conspicieundus equo.
Tum uero ingeminant, uiuat rex, undiq; regem
Attento populus sufficit ore suum.

Rusticus, o ubi rex? ubi rex est? clamat, at unus,
Ille, ait, est illo qui sedet altus equo.
Hiccine rex? puto me derides, rusticus, inquit,
Ille mihi picta ueste uidetur homo.

In Canem. D. Iusti. Borb.

Sceleres damas potes, & præcurrere cœruos,
Sylviagos capros, & genus omne feras.
Quir porcos, uaccasq; & oues, uitulosq; lacefisi?
Manstuctumq; cupis dilaniare gregem?
Parce, ut sis domino dignus, re, & nomine, iusto;
Quem sua plebs, tanquam pacis Asylon, habet,
Ille nihil patitur fieri ui, æquissimus heros,
Parce, putas quicquid corrupis esse tuum?

De Canum fidelitate. Mycil.

Inter quadrupedes canis fidelis,
Inter quadrupedes canis uoluptas,

Inter

Inter quadrupedes canis patronum
 Cognoscit, ueneratur & tuetur,
 Hic que tu iuberas facit libenter.
 Hunc tu si ferias, dolet gemitq;
 Sed parcit tibi protinus reuertens,
 Hunc si tu expuleris, redit benignus,
 Et caudam mouet ille blandiendo.
 Hunc tu si meritis loquendo laudes,
 Sentit quod loqueris suasq; laudes
 Et gestit tibi gratias referre,
 Hic te si mare nauiges sequetur,
 Hic tu si mare pernates natabit,
 Non te per medios relinquet æstus.
 Non te deseret horridos per hymbres,
 Non te deseret asperas per alpes,
 Non te deseret ille uel per hostes,
 Te tutabitur ille, sed per hostes,
 Te nam diligit ille diligentes,
 Non te deseret ille uel diebus,
 Non te deseret ille uel tenebris,
 Te non diligit ille non amantes,
 Si uenaberis ille per labores
 Conatur tibi complacere semper,
 Et prædam tibi uincit ut triumphes,
 Illesum leporem tibi reportans,
 Pro te non rabidos recusat ursos,
 Et dentes patitur furentis apri.

Ceruos capreolas, uastrasq; uulpes
 Et sternit genus omnium ferarum
 Crete non sibi sed tibi laborans
 Si soluis iacet ille sic solutus,
 Et iussus iacet ille sub catenis,
 Non audens querulas mouere uoces,
 Hic custos pecorum tu: eq; uille,
 Fures exigit arduos, luposq;
 Nec non arcibus, ille præsidentes
 Tutos insidiq; facit latratu,
 Non te pocula delicata poscit,
 Non obsonia sobrius requirit
 Contentus latices bibisse lymphas,
 Necnon reliqujs tuisq; frustis
 Qui tantos tibi sustinet labores,
 Hos contendimus esse nos habendos,
 Hos contendimus esse nos alendos
 Et non dulcius esse quicquam posse,
 Inter quadrupedes canis fidelis
 Inter quadrupedes canis uoluptas

De principe & rustico Selando
ridiculum. Mor.

Quum spectaret aquas princeps, in ponte resedit,
 P rimoresq; suos ante stetere pedes.
Rusticus assedit, modico tamen interuallo,
 Ciuilemq; dato se putat esse loco.
Suscitat hunc quidam, et cum principe, dixit, eodem
Ponte

Ponte sedere audes rufice? nonne pudet?

Ille resert, scelus est in eodem ponte sedere?

Quid si pons longus millia dena foret?

De aulico ridiculum. Mor.

Quum descendit equo, de circumstantibus uni

Aulicus hunc teneas quisquis es, inquit, equum:

Ille ut erat pauidus dixit, domine ego ferocem,

Hunc rogo qui teneat sufficit unus equum?

Vnus ait potis est retinere. subintulit ille:

Si potis est unus, tu potes ipse tuum.

Vitæ puritati fidendum.

Salm.

Cvm sit dulce Deo placensq; sacram

Non mactatio cruda uictimarum,

Non fuis uituli crux, uel agni

Vtio in cespite, thusculi uel usci

Fundens Arrabios acerra fumos,

Laudum at redditio frequens, & hymnus,

Necnon actio crebra gratiarum,

Et morum integritas, nitorq; uitæ,

Affectusq; animo pio profectus

Rerum erga dominum, omniumq; plastens,

Quo, quæso ruitis furore adacti

Mortales?, agitis quid hæc inepta,

Quæ nec ethnica gens patravit olim?

Votis fruola neftisq; uota

Ad diuum simulachra eburnorum,

R itus nescio, quos secuti aniles.
 F ormari Deus ætheris supremi
 H umanis digitis nequit, nec urget
 C œlo effingier, atq; penicillo,
 S calpi marmore, uel colore pingi,
 N ec facto manibus sedere templo,
 S i saltē Stephani audienda uox est:
 S ed gaudet mage mentibus bonorum,
 S ecundūq; animi sibi dicati,
 Q uām templis habitare marmoratis.
 E st accommoda (non negamus) ædes
 C ogendis sacra cœtibus piorum,
 I psi laudibus & Deo canendis,
 S uggestu & quoties gregatae ab alto
 S ancta est concio factitanda plebi,
 A tq; Euangeliū palam explicandum.
 A t si quis putet æde sumptuosa,
 A uiri pondere, dentibus uel Indis,
 A ut fabra statuis manu dolatis
 T am gaudere Deum, & perinde flecli,
 A c uirtutibus, innocentiaq;
 L ongè fallitur, & uia (quod aiunt)
 T ota errat. Quoniam Dei uoluntas
 H umanis nisi mentibus reposa est
 V t gratissima, singularis intus
 N i dilectio proximi calescat,
 F rustra, frusirà ad eamus alta templa,

SACRA

Saceratis statuas colamus aris,
 Panchaea & digitis tribus minutim
 Plene thuscula uasculo friemus,
 Accensisq; crememus omne flammis
 Odorum genus, ac fragrantiarum.
 Namq; est dulce Deo placensq; sacrum
 Laudum redditio, frequens & hymnis,
 Et noxis nihil inquinata uita.
 Haec qui adem intulit in sacram litauit.

Sententiæ septem Sapientum, sepen-
 tenis uersibus explicatæ.

Auson.

Bias Prieneus.

Væ nam summa boni: mens que sibi conscientia recti.
 Pernicies hominū que maxima: solus homo alter.
 Quis diues: qui nihil cupiet. Quis pauper: auarus.
 Que dos matronis pulcherrima: uita pudica.
 Que casta est: de qua mentiri fama ueretur.
 Quod prudentis opus: cum possit, nolle nocere.
 Quid stulti proprium: non posse, & uelle nocere.

Pittacus Mitylineus.

Qui ignorabit, qui tacere nesciet.
 Bono probari malo, quam multis malis.
 Demens superbis iniulet felicibus,
 Demens dolorem ridet infelictum.
 Peracto legi quisquis legem sanxeris.

P lures amicos re secunda compares,
P audos amicos rebus aduersis proba.

Cleobulus Lyndius.

Quanto plus liceat, tam libeat minus,
F ortune inuidia est immoritus miser.
F elix criminibus nullus erit diu.
I gnoscas alijs multa, nihil tibi.
P arcit quiq; bonis, prodere uult bonos.
M aiorum meritis gloria non datur.
T urpis sepe datur forma minoribus.

Periander Corinthius.

Nunquam discrepat utile à decoro
P lus est sollicitus magis beatus.
M ortem optare malum, timere peius.
F axis ut libeat, quod est necesse.
M ultis terribilis, caueto multos.
S i fortuna iuuat caueto tolli.
S i fortuna tonat caueto mergi.

Solon Atheniensis.

Dico tunc beatam uitam cum peracta fata sint,
P ar pari iugato coniux, quod impar est dissidet.
N on erunt honores unquam fortuiti muneris.
C lam coarguas propinquū quem palam laudaueris.
P ulchrius multo parari, quam creari nobilem.
C erta si decreta sors est, quid cauere proderit?
S iuc sint incerta cuncta, quid timere conuenit?

Chilo

Chilo Lacedæmonius.

Nolo minor me timeat despicietq; maior.

Vive memor mortis, ut sis memor & salutis,

Trifolia cuncta exuperans aut animo aut amico.

Tu bene si quid facias non meminisse fas est.

Gratia senectus homini que parilis iuuente.

Illa iuuentus grauior que similis senecte.

Thales Milesius.

Turpe quid ausurus te sine teste time.

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Quod facturus eris, dicere sustuleris.

Crux est si metuas vincere quod nequeas.

Cum uero obiurges sic inimice iuuas.

Nil nimium, satis est, ne sit & hoc nimium.

De septem sapientibus,
ex Græco.

Septenis patriam sapientum, nomina, uoces,

Versibus expediam, sua quenq; monosticha dicet.

Chilo cui patria est Laccæmon, Noscere seipsum.

Periander trepidam moderare Corinthius iram.

Et Mitylenæis nimium nil Pittacus oris.

Menjuram optimam ait Cleobolus Lyndius in re.

Expectare Solon finem docet ortus Athenis.

Plures esse Bias prauos, quem clara Priene.

Mileti fugisse Thales uadimonia alumnus.

SCHOLAE CHRI/
Ausoniū carmen de XII labo-
ribus Herculis.

Prima Cleonae tolerata erumna leonis.
Proxima Lerneam ferro & face contudit hydrā.
Mox Erymantheum uis tertia perculit aprum.
Aēripidis quarto tulit aurea cornua cerui.
S tympalidas pepulit uolucres discriminē quinto.
T breiciam sexto spoliauit Amazona baltheo.
S eptima in Augei stabulis impensa laboris.
O ētaua expulso numeratur adorea taurō.
In Diomedis uictoria nona quadrigis.
G eryone extincio decimam dat Iberia palmam.
V ndecimo mala Hesperidum districta triumpho.
C erberus extremi suprema est meta laboris.

In Icona diui Christophori
Melchior Acontius
Vrsellanis.

Qvis sit, inaurati qui stat prope limina templi,
Conspicuus uasto corpore, forte rogas.
Qui puerum gestans humeris ingentibus, audet
A Equoris incertas arduus ire uias.
Et ueluti Cyclops, alta regit arbore gressus,
Sustentans ualida pondra uasta manu?
Hunc aliquis forsan Polyphemum dixerit esse,
Plorantem amissō lumine damma suo.
Aut alium quemuis genitum de stirpe Gigantum,
Qui contra superas arma tulere domos.

Mitte

Mitte procul Graijs miracula ficta Poëtis,

S i q; uacat, quis sit carmine disce meo.

N on est effosso Cyclops qui luminis orbe,

P ro turpi poenas ebrietate dedit.

N on est E nceladus cœlesti perditus igne,

A rdua flammiuomo quem premit ætna iugo.

T alia monstra suis statubant plurima templis,

Quos latuit uera religiosis iter.

H ic alia est ratio. nec quisquam ut lumina pascant,

C onstitui sacris ædibus ista putet.

A ut ut adoremus Christo simulachra relicto,

V tiliore coli que ratione quicunt.

S icut enim reges, Equitis pictura Georgi,

Que deceat Christo munera ferre, docet.

S ic pius hac nobis monstratur imagine doctor,

Qui populis sacro predicat ore Deum.

I nde quis hunc, portans Christū quia prædicet orbi,

N omnia Christophorum Graia tulisse neget?

C ur tamen, ætneo ueluti Cyclopes ab antro

D elapsi, tumidum per mare carpit iter?

A lluiturq; uagis emissio fluctibus Austror;

I ntentantq; ipsi monstra marina necem.

S cilicet & curis ingentibus ille premetur,

D octor, & afflita plurima mente feret.

S ed tamen imprimis crudelia monstra Tyranni,

C hristophoro seu a mente nocere parant.

A rdentesq; odio uera pietatis acerbo,

Bella uirum contra sanguinolenta mouent,
 Ut queat hæc igitur perferre pericula, uastum,
 Firmius & quo quis robore corpus habet.
 Nec satis est tot monstra maris fluctusq; tulisse,
 Et non tam uarijs succubuisse malis.
 Ipse puer residens humero procedere rectum,
 Non sinit, & nimio pondere crescit onus.
 Christus enim uaria quos arte modoq; tuctur,
 Sæpius arguitur deseruisse pios,
 Hostiliq; suos affligere mente putatur.
 Cum dubio nullam tempore præstat opem,
 Ne tamen occumbat medijs defessus in undis,
 Arbore Christophorus se uiridante leuat.
 Qua nisi se rursum sustentet & erigat Heros,
 Victus in æquoreis forte iaceret aquis.
 Illa Dei uerbum signare putabitur arbor,
 Quo regitur Christi nomina quisquis amat.
 Hoc facit ut tuto ridere pericula possit,
 Quæq; natant toto monstra timenda mari.
 Hoc unum misero solatia tempore præstat,
 Hoc reddit afflictis erigiturq; fides.
 Quid tamen ille senex sibi uult, quem littore stantem,
 Cernimus extensa lampada ferre manu.
 Succensoq; procul depellere lumine noctem.
 Que passim dubijs incubat arra uadis.
 Hunc aliquis sacrum si quis feret esse Prophetam,
 Iudicio recte sentiet ille meo.

Namq;

Namq; exempla iuvant uatum, firmantq; uolentem,
 Ut mala pro Christi nomine cuncta ferat.
 T alia nam cernens multos tolerasse priores,
 D ignaq; militie præmia ferre suæ,
 Non animo detraciat onus commune subire,
 Nec uult dissimilis talibus esse uiris.
 His ducibus pelagi contemnit murmur, & audax,
 Fortiter insanas transgredietur aquas.
 Sed cur pera latus cingat, mirabere forsan,
 Quidq; sibi pisces farraq; cocta uelint.
 Diuitias amplas & Croesi possidet aurum,
 Luxuriatq; opibus turba prophana suis.
 Et quibus alma bonis nutriri Ecclesia debet,
 Ignauit plenis fauibus illa uorant.
 T ristior intrea miseros fortuna ministros,
 Sapientius indignam cogit habere famem.
 Sed tamen ipse suo Deus hos quoq; tempore pascit,
 Et licet exiguae, attamen addit, opes.
 H ac igitur ueteres istum ratione Cyclopemt,
 Omnibus in templis constituisse puto.
 Scilicet ut discat pius hac sub imagine Doctor,
 Quanta sit offitio iuncta procella suo.
 Fortunæq; minis ingentibus obuius ire,
 Audeat, & Christi nomine multa pati.
 Quandoquidem talem Deus ipse tuebitur, atq;
 Debua qui iustis præmia reddat, erit.
 Plura quidem lector cupiebam scribere, sed me
 Christophorus monuit sic satis esse, Vale.

Psalmus LXXXIIII per
Arcturum Frisium.

O Deus humani generis mundiq; creator,
O mnis qui ualida sub ditione premis.
In toto nusquam locus est mihi carior orbe,
Qui in sicut auspicio condita templu tuo,
Hic ubi, siue tui tractamus mystica uerbi,
Seu tibi sollicito dicimus ore preces,
Hunc ego odorati diuino thuris honore,
Perpetuaq; colam religione locum.
Nam uelut aeria sibi struxit in arbore nidus,
Se foetusq; suos quo tucatur, quis.
Sic tutus nobis sacra est Ecclesia nidus,
Susceptosq; suo nos fouet illa sinu.
Nec sunt innumeros nigri nos demonis astus,
Aut quascunq; alias extimuisse minas.
Queritis unde habeat tantas Ecclesia uires,
Scilicet aeterno est uindice tutu Deo.
Perpetuo ille suum studio tutabitur aedem,
Nec feret haec illa demonis arte premi.
Recte igitur uera se prosperitate beatum,
Sentiat, in tali cui licet esse loco.
Tutus ubi sacras sancte prostratus ad aras,
Edat diuinos accipiatq; sonos.
Atq; iterum felix qui te pater optime rebus,
Auxiliumq; habeat praesidiumq; suis.

Namq;

Nanc; licet duros non longo tempore casus,

Et ferat hostiles in suæ dannæ manus.

Dum pius ingrato diuina oracula mundo.

T eq; adeo uerum prædicat esse Dcum.

I lle tamen uicto portabit ab hoste triumphum,

V ictriciq; feret lata trophæa manu.

S ic licet ingentes perpecca Ecclesia fluctus,

I nde tamen saluum tollit in astra caput.

S uccessuq; docet, quod toto solus in orbe,

A eternus dici tu mercare Deus.

A t tu summe pater nostris precor annue uotis,

N ec hos auxilio destituisse uelis.

I psse tuas ædes præsentí numine serua,

I psse tua Christi Regna tuere manu.

I psse repugnantes sceptro contunde TYRANNOS,

D an nobis, placida posse quiete frui.

I lla dies igitur niueo signanda lapillo,

E t ueræ fructum prospexitatis habet.

E t mihi mille alijs longe anteferenda diebus,

Qu a sum facta tuæ pars ego parua domus.

V nus enim sacræ est mihi charior angulus ædis,

Qu àm sunt alterius splendida regna loci.

I lluc securæ felicia tempora uite,

E t per agam letos te modo dante dies,

T u pater aduersis præbes solatia rebus,

S olus & es populo portus & aura tuo.

T u geris iniuncta pro nobis prælia dextra,

Tu nos tartareo solus ab hoste tegis.

Deniq; cuncta pijs cedent felicia, qui te,

Agnoscunt uera religione Deum.

In Icona diui Georgij.

G. Aemylius.

Cur eques in templis stat ubiq; Georgius acer,

Bellaq; cum diro seu dracone gerit?

Admonet offitij reges, qua munera Christo

Armatos deceat propria ferre ducis.

Que sit causa tamen si quis mirabitur, unde

Agricole teneat nomina fortis eques?

Pace coluntur agri, pacem efficit ille colonis

Omibus et uictus queritur huius ope

Legibus hic coetus hominum iungitq; fouetq;

Et custos uitæ corporis esse solet.

Sed tamen in primis nomen tenet ille coloni

Armatu residet qui cataphractus equo.

Non modo uidebis populum quia protegit armis,

Ciuibus et pacem tutaq; regna facit.

Sed magis egregijs quia moribus excolit urbes,

Atq; ornat ucri cognitione Dei

At non ista facit crudeli mente Tyramus,

Arbitrio miscens fasq; nefasq; suo.

Non huic iusta pijs sunt nomina danda Coloni,

Quem decet a rigidis nomen habere teris

Nam neq; iure suas terras nec moribus ornat,

Nec studium ueræ religionis habet,

Sed

Sed facit, ut vastæ deletis legibus urbes
 Templaq; contempto stent sine honore Dco.
 Cumq; bonis tollens præclaras moribus artes
 Contemptum studijs barbaricmq; parit.
 Quin etiam sacros uita priuare ministros,
 Hostiliq; pios mente necare solet.
 Hic est ille draco, quem noster conficit heros,
 Pro sanctæ uita uirginis arma mouens
 N omine Margaridos Ecclesia uera putanda est,
 Quæ gemmam uerbi, dogmata sacra, tenet.
 Atq; ideo medijs per templa Georgius aris
 Ponitur armato conficiendus equo,
 Vt se templa sciant Reges debere tueri,
 Et studium uerbi muneric esse sui,
 Vtq; sacerdotes iusto tueantur honore,
 Qui populum Christi uerba fidemq; docent.
 Ac fuit ipse Deus pugnæ, Iuuenemq; tuetur,
 Qui tandem occiso uictor ab hoste reddit.
 Odit enim tota crudeles mente Tyrannos,
 Qui lacerant ueræ religionis opus.
 Certantesq; duces sacrum defendere uerbum
 Successu belli prospriori iuuat.
 Namq; suos nunquam pater optimus ille relinquit,
 Liberat & tandem tempore quemq; suo.
 Sed tamen his etiam sunt aspera multa feranda,
 Qui pia pro Christi nomine bella gerunt.
 Namq; cado generosus eques conclusus acerno

ipf

I pse suæ uite mille pericla subit.
 P lurimus hic rigido directus acumine culter,
 Inclusi corpus qui laceraret, erat.
 Inde cadus saxo mox præcipitatur ab alto,
 A ltius ut motu uulnera culter agat.
 Nil nocuere tamen tibi structa pericla Georgi,
 Namq; Deo semper uindice tutus eras.
 Ille in uase tibi præsens fuit, inter et enses
 Integra seruauit numine membra suo.
 Hæc tormenta boni signare pericula Regis
 Quis neget? Curas pro pietate graues.
 Sed Deus has inter curas solatia præbet,
 Regibus optatam fertq; libenter opem.
 Talis erat iustis rex Constantinus in armis,
 I pse pijs gratam quando ferebat opem,
 Bellaq; sincera pro religione gerebat,
 Principis hoc credens muneris esse boni.
 Hunc merito patriæq; patrem uerumq; colonum
 Dixeris, hic ucri nomina Regis habet.
 Atq; utinam tales etiam nunc esse coloni,
 Quotquot habent regum sceptræ decusq; uelint:

F I N I S.

ERRATA, QVAE INTER LEGEN
dum occurserunt, sic emendato.

Pagina 3 lin. 17. lege Christianis. pag. 5. lin. 16. lite/
mus. pag. 29. lin. 2. regi. pag. 71. li. 22. Crimen. pag. 73.
lin. 18. iuribus. pag. 103. lin. 14. lege pro patre, primū.
pag. 104. lin. 17. proprium nescit. pag. 108. lin. 2. pro
mat & 10 penes. pag. 109. lin. 20. Decedam. pag. 112.
lin. 6. Fortune & 7. iurauimus. pag. 164. lin. 4. utiliſy
simis doctrinis.

